

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico,...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Werk Id: PPN755514025

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN755514025|LOG_0037

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

cum pluribus sequentibus. & Aret. in 4. colum. & sequen. in dicta lis, cui bonis. & Guido Papa in quest. 190. in pag. 2. & Imola in consil. 167. & Hippol. in sing. 107. colum. 2. & Ruin. in consil. 103. col. 2. volum. 4. & in simili hanc differentiam, an verba dirigantur in rem, vel in personam, reprobat Brunus in dicto tract. statut. extanti. mascul. fol. 24. colum. 1. Hanc conclusionem limitat duobus modis Ferrat. in caut. 16. & ad eum se refert Gabriel. & tertio modo, ut infra in 9. limitat. principali. Huius autem ampliationi repugnare videatur illud, quod dicitur quod si quis à statuto acquirere prohibeatur, prohibitus etiam censetur, si iuramentum in contractu interueniat, vt dixit Paul. Castren. in consilio 107. circa bona. & Brunus in tertio tractatu de constitution. folio quarto, colum. secunda, in versic. acquirere.

C A P. CCCLXXXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i Dispositio Pontificis, vel Imperatoris, non se refert ad iuratam dispositionem.

Quinto ampliatur, ut praedicta conclusio procedat in Pontificis, vel Imperatoris dispositione, ut loquitur text. in dicto cap. constitutus, extra de rescript. † Vbi habetur Pontificis dispositionem ad iuratam dispositionem non se referre, prout procedit etiam & loquitur gloss. in dicto cap. cum non deceat, de elect. lib. 6. & ibidem Ioh. And. & Geminian. & Philip. Franc. & Innocent. in cap. cum inter, in fin. de filii presbyter. lib. 6. & Imola in cap. dilecto, colum. 8. in fin. extra de preben. & in clement. dudum. §. huiusmodi, col. 16. extra de sepultu. & tradit Butri. in cap. 1. in fin. col. extra de his, que sunt à maiori parte capit. & ibidem Abbas, col. 1. in fin. & ibidem Imola, col. 12. & sequen. & Angel. in l. 1. §. que oneranda. ff. quarum rer. actio. non dat. & Roman. in singul. 7. & in consil. 404. in fin. & in consil. 436. col. 3. verbi. sextaratio. & in consil. 393. colum. fin. & Alexand. in consil. 38. colum. 2. vol. 3. & in consil. 37. colum. 3. vol. 2. & in consil. 27. col. fin. vol. 1. & in consil. 205. col. fin. vol. 2. & in consil. 137. col. 2. vol. 6. & Bertran. in consil. 14. col. 2. vol. 3. & in consil. 267. col. fin. vol. 1. & Felin. in c. constitutus. col. 2. extra de rescript. & Ias. in l. quoties. col. 1. C. de precib. Imper. offer. & Afflict. in decis. 111. & in decis. 5. in antiquis, & Ias. in consil. 173. col. pen. vol. 4. & Rebuff in suis concordant. fol. 202. & iterū Bertran. in consil. 41. col. pen. vol. 1. & in consil. 66. col. 1. in fin. vol. 2. & in consil. 179. col. fin. vol. 2. & Iohann. de Silua in tract. benefic. fol. 174. col. 4. in fin. & seq. & Bertran. in consil. 132. col. 2. volum. 3. & in consil. 204. colum. 2. vol. 3. & in consil. 291. col. pen. vol. 3. & in consil. 308. col. 1. eod. vol. 3. & in consil. 316. col. fin. eod. vol. 3. & Ruin. in consil. 109. col. fin. vol. 3.

C A P. CCCLXXXII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i Clausula, non obstante, non efficit ut dispositio ad contractum iuratum extendatur.

Sexto ampliat hanc ampliationem, etiam quod ad sit clausula, non obstante, in dispositione Principis ut dixit Gomes in cap. primo, cart. 58. de constitut. lib. 6. & Ferrat. caut. 20. & caut. 54. & Staphil. De liter.

gratio. & iust. cart. 99. & Bertran. in consil. 41. colum. penult. volum. 1. Contrarium vero voluit Cardinal. in consil. 25. in fin. & Thom. Grammat. in decis. 66. num. 37. & in consil. civili 16. Id autem procedit & locum habet, siue sit iuramentum tertii, ut in d. cap. constitutus, extra de rescript. siue ipsis, ut inquit Roman. in consil. 379. col. penult.

C A P. CCCLXXXIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i Salua conductus impetratus à Principe contra suos creditores, non operatur quo ad creditores, qui habent sua credita iureiurando confirmata.

Inferitur autem ex praedictis, † illum quem dicunt salua conductum seu securitatem à Principe contra suos debitores impetratum, quo ad eos creditores nihil operari, qui sua credita iureiurando confirmata & conualidata habent, ut inquit Alexand. in consil. 205. col. fin. vol. 2. & in consil. 137. col. 2. volum. 6. & in consil. 38. colum. 2. volum. 3. & Ias. in l. quoties, colum. 1. C. de precibus Imperat. offeren. & Bauerius in tract. de iureiurano. in priuileg. 21. incipiente, nam licet. & Hippol. Marfil. in singul. 515. & Afflict. in decision. 5. & 3. colum. penult. in antiquis, & Ferrat. in caut. 55. & Iohann. de Silua in tract. de benefic. fol. 175. colum. 1. & Boarius in decision. 296. num. 5. Contrarium vero tenet Cardinal. in consil. 24. colum. fin. vbi vult, ut per clausulam, non obstantibus, tollatur transactio iurata, prout voluit etiam Felin. in cap. constitutus, extra de rescript.

Id autem de consuetudine in saluo conductu non seruari dixit Boerius in decision. 296. dum inquit non seruari hodie hoc de iuramento, ex quo saluus conductus redditur utilis, cum hodie omnes creditores soleant sua credita iureiurando confirmare, ac conualidare. Declaratur autem, ut per Magalot. in tract. de saluo conductu. pag. 16. cum ait saluum conductum etiam iuratum absque legis auctoritate concessum, seruandum non esse.

C A P. CCCLXXXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

i Impetratio obtenta à Principe, non intelligitur derogare statutis iureiurando confirmatis.

Praeterea ex praedictis etiam infertur, † impretrationem à Principe obtentam statutis iureiurando confirmatis non derogare, ut dixit Felin. in dicto cap. constitutus. colum. 2. extra de rescript. & habetur in cap. nonnulli. colum. 12. in eodem tit. & in cap. cum accessissent. col. 6. extra de constitut. & tradit etiam Philip. Franc. in cap. cum aliquibus. col. 1. de rescript. lib. 6. & Thomas Ferrat. caut. 54. Ampliat autem hoc dictum Anton. Gabriel. eodem in loco, numero 25. etiam quod statuta iurata sint solummodo ab ipso impretrante, non autem à collegio, ut voluit Rota in decis. 294. & Felin. in dicto cap. constitutus. col. 3. extra de rescript. & Philip. Franc. in cap. 1. colum. fin. de iureiurano. libro 6.

Limitatur deinde hoc dictum, secundum dominos de Rota in d. decis. 394. in gratia facta motu proprio,

prio, de quo infra dicitur, & tradit Magal. in tract. de saluo. conduc. pag. 16. vbi etiam aliis duobus modis limitat, ut infra dicetur.

Sexto ampliat, & idem esse in consuetudine, vt inquit gloss. consuetud. Bitur. fol. 64. col. 3.

Limitat autem primo loco hoc dictum, vt dispositio generalis non faciens mentionem de iuramento, non habeat locum in dispositione facta motu proprio, propterea quod illa etiam operatur quo ad iurata dispositionem, vt voluit Rota in decis. 294. in nouis. & refert & sequitur Philipp. Franch. ibi in cap. primo, colum. final. de iure iurant. libro 6. & Felinus in dicto capitulo constitutus, column. tertia, de rescriptis, libro sexto, qui tenent satis esse si appareat generaliter clausula, non obstante.

Secundo vero loco limitant Domini Rotæ in dicta decis. 294. in nouis, vbi cunque ex rationabili causa posset quis à iurata dispositione recedere, propterea quod in eo casu etiam generalis dispositio iurata dispositionem amplectitur, vt ibi latius ipsi prosequuntur, & idem voluit Philipp. Franch. in cap. 1. col. fin. de iure iurant. lib. 6. & Felin. in d. cap. constitutus, col. 3. extra de rescript.

Tertio limitat, vbi cunque quis iurat seruare statuta & contenta in eis: secus vero si iurauerit in genere seruare statuta, propterea quod tunc potest statutis contravenire, & facere: & illa impetratio subsistit, vt voluit Rota in dicta decisio. 294. in nouis, & Philipp. Franch. in cap. 1. colum. fin. de iure iurant. lib. 6. & Paul. de eleaz. in dicto cap. cum non deceat, de electione libro sexto, & Geminian. in consil. 83. in fine, & Rebiffus in tract. concordant. folio 202. Confirmatur haec conclusio arguendo à simili: Nam si iuretur seruare statutum eo sublatu quis si illud non seruat, in periuirium incurtere non dicitur. At secus si iuretur seruare contenta in ipsis statutis, propterea quod in eo casu etiam statuto revocato in periuirium incurritur, vt dixit Anton. de Butr. in cap. primo, col. 4. & penult. extra de his que sunt à maior. parte cap. & Rebiffus in tract. concordant. fol. 202. Contrarium autem, vt scilicet idem sit siue iuretur specificè seruare contenta in statutis, vel statuta ipsa, voluit Dominicus à sancto Geminiano in cap. in his, in fine, 2. distinct. & Felin. in dicto cap. constitutus, col. 3. extra de rescript. & hoc idem tenent Lapus, Geminian. Imola, & Philipp. Franch. in d. capit. cum non deceat, vbi non facta distinctione, an iuramentum sit simpliciter super statutis, vel specificè seruare contenta in statutis, idem concludunt, siue sit dispositio à Principe per viam legis, vel aliter, vtputa ad priuatam utilitatem, & sic per particularem dispositionem facta, vt paulo infra habetur.

Quarto loco limitat, quoties dispositio Princpis per viam legis emanaret, quia tunc etiam dispositioni iuratae derogatur, et si de ipso iuramento mentio non fiat, vt voluerunt Lapus Abb. Ioan. And. & Dominic. à sancto Gemin. in d. cap. cum non deceat, vbi etiam tradit Petr. de Anchar. in fin. & Felini cap. constitutus, col. 3. in 2. limitat. extra de rescript. & Gomes in cap. 1. cart. 59. de constitut. lib. 6. Contrarium autem tenet ibidem Philip. Franch. post Imolam, & Decium in d. cap. constitutus, col. penult. extra de rescript.

Quinto loco limitat, quando clausula generalis, non obstantibus, posita in prouisione beneficii reseruati, vel vacantis apud sedem Apostolicam tollit

etiam statuta iurata, vt voluerunt Domini Rotæ in decis. 633. in antiquis. & tradit Felin. in d. cap. constitutus, col. 4. in 3. limitat. & si ibidem Decius col. penult. id dicat potius procedere de stylo curiae, quam de iure.

Sexto limitat, quando adest clausula, pro expressa, cum per eam censeatur derogatum etiam constitutionibus iuratis vt voluit Socin. in consil. 169. col. 6. alias in consil. 120. col. 5. vol. 4.

Septimo loco limitat, quando iuramentum continet preuerentiam tantum illius, cuius respectu præstatur, vtputa quia iuratum sit non alienare inconsulto summo Pontifice, nam tunc habita licentia à summo Pontifice, & si de iure iurando mentio non fiat, subsistit alienatio: & idem si de alio dictum sit & iuratum non alienare sine eius voluntate, propterea quod habita licentia ab eo, sine qua alienari non poterat, & si de iuramento mentio facta non sit, subsistit alienatio, vt inquit Ioan. And. in cap. vt super, circa princ. extra de reb. eccles. non alien. & tradit Felin. in cap. constitutus, col. 3. in 1. limitat. extra de rescript.

Octavo loco limitat idem Gabriel, vbi cunq; index interdixisset alicui contrahendi facultatem ex iusta causa: nam tunc non subsistit etiam contractus factus ab eo cum iuramento, vt dixit Cremen. in sing. 118.

Nono limitat in casu, in quo actus est prohibitus fauore tertii, non autem ipsorum contrahentium, propterea quod in eo casu dispositio quamvis iurata prohibitioni non subiacet, & ratio est, quia actus iuramento non confirmatur, vt dixit gloss. in l. fin. § filii, in verbo, voluntatem. C. de bon. qua liber. & tradit ibidem Bald. in princ. & Salycet. & Castr. & rursus idem voluit Bal. in l. non dubium, col. pen. in prin. C. de legib. & Imola in cap. cum contingat, col. 36. versic. & predicta dicit procedere, extra de iure iurant. & Ias. in dicta authent. sacramenta puberum, col. 12. versic. ego addo. & Abbas in disputatione sua incipiente, stante statuto, colum. 3. versic. illi vero iustitia. & Curt. in consil. 552. & Parpal. in l. si quis maior, colum. 11. versic. sexto, &c. C. de transactio. & Paul. Castrens. in l. & heredi. §. filius familias, in fin. ff. de pact. & hanc conclusionem sequitur afferens eam esse magis communem, Curt. iunior in consil. 152. colum. 2. & idem videtur velle Imola in dicto cap. cum contingat, colum. 32. extra de iure iurant. & idem voluit Bart. in l. hac edictali, in fin. prin. C. de secund. nupt. & Afflict. super constitut. fol. 271. col. 2. contrarium tamen tenuit Corn. in consil. 310. col. 3. volum. 4. & Bertran. in consil. 132. colum. 2. in noua impressione.

Tenendo tamen primam opinionem, quæ magis communis videtur, inquit eam declarando in præiudicium alterius non valere, sed in præiudicium ipsius iurantis, vt inquit Imola in dicto cap. cum contingat, colum. 45. versic. item aduerte, extra de iure iurant. & in consil. 1. volum. 5. versic. non videtur bona, & Bertran. in consil. 138. col. 2. vol. 2. & fuit de mente & intentione Speculatoris in tit. de actore. §. 1. versic. sed quid si iurauerit. Et si etiam in hoc ultimo contrarium firmauerit Castrens. in d. l. & heredi. §. filius familias, in fin. ff. de pact.

Decimo præterea limitat, si deficiat solemnitas probatoria inducta ob publicam utilitatem, vt dixit Brun. in tract. de form. in tit. de potest. & affect. for. quæst. 32. libro sexto, versic. consequenter in casu econuerso.

Vnde limitat, & inquit hanc conclusio-
nem intelligendam esse quo ad hoc ut iuramen-
tum effectum non habeat, alias secus, ut voluit Ro-
man. in consil. 161. in fin. vol. 5.

C A P. CCCLXXXV.

A R G U M E N T U M.

Iuramentum de obseruando sta-
tuta, an operetur in obsoletis.

S U M M A R I A.

- 1 Potestas, & quilibet alius iudex, si iure seruare statuta, eius iuramentum non extendit ad ea, quæ in desuetudinem abierunt.
- 2 Iuramentum de obediendo Imperatori, intelligitur donec est Imperator.
- 3 Iurans seruare statuta, ea tamen ex causa transgredi potest.
- 4 Iuramentum stricte intelligendum & interpretandum est.
- 5 Iuramentum generale non comprehendit casum verosimiliter non cogitatum.
- 6 Iurans suscipere in se omne periculum, casum fortui-
tum suscipere non dicitur.
- 7 Generali in dispositione non veniunt ea, de quibus in
specie disponens verosimiliter non dispositus est.
- 8 Donans si iuret non reuocare donationem aliqua de
causa sub pena, si natu filius donata repetat, stipu-
latio penalis non committitur.
- 9 Iurans seruare statuta Ecclesia tam edita, quam e-
denda tale iuramentum non extendit ad statuta
moribus utentium non recepta, vel contraria con-
suetudine abrogata.
- 10 Tutorum confirmationem ad statuta non recepta ex-
tendendam non esse.
- 11 Generalis renunciatio licet non comprehendat legitima-
m, sed requiratur specialis & expressa legitima
renunciatio.
- 12 Renunciari, an posse. l. de his. ff. de transact.
- 13 Renunciatio generalis cuiuslibet auxiliis legum cum
iuramento subsistit.
- 14 Lex vel statutum loquens de contractu, an ob ius in-
randum locum habeat in quasi contractu.
- 15 Iuramentum si presulatum sit de seruandis statutis, in-
telligitur de statutis validis, non de inualidis &
nullis.
- 16 Iurans omnia & singula, &c. intelligitur iurasse de
illis, quæ principaliter in dispositione continentur,
non de his quæ assertive dicta sunt.
- 17 Iuramentum omnia deducta in testamento æquali-
ter determinat.
- 18 Iuramentum etiam sub clausulis generalibus, ac et-
iam ratione consuetudinis, comprehendendi non po-
test.
- 19 Iuramentum quantumcumq; generale, interpretatio-
nem recipit legitimam.
- 20 Iuramentum non operatur, quando generalis oratio
causam non includit.
- 21 Iuramentum interpositum super generali dispositio-
ne, non extendit ad ea, ad quæ non trahitur ge-
neralis dispositio.
- 22 Iuramentum non trahitur, nisi ad illos casus, ad quos
trahitur renunciatio.

- 23 Iuramentum non extendit ultra quam extenda-
tur dispositio.
- 24 Casum fortitorum ubi renunciatio simpliciter fa-
cta non subsistit, iuramentum quoque nihil ope-
ratur.
- 25 Iuramentum non extendit vires suas, nisi ad contenta
in iuramento, super quibus fuit iuratum.
- 26 Iuramentum assertorium non contraueniendi asser-
torium intelligendum est, ut ad promissa principa-
liter referatur, non ad incidenter.
- 27 Iuramentum interpretatur, ampliatur & restri-
gatur iuxta ius commune.
- 28 Iuramentum generale trahitur solum ad illos casus,
ad quos dispositio seu renunciatio non iurata tra-
hi potest, non autem ad alios casus.
- 29 Clausula generales & iuramenta apponuntur in in-
strumentis ex quodam styllo.
- 30 Clausula generales non excludunt ea remedia, qua
contrahentes ignorant.
- 31 Verba prægnantia multum operantur.
- 32 Sermo generalis civiliter intelligendus est.
- 33 Iuramentum & contractus & alia, quæ inter homines
geruntur, recipit limitationem & declarationem à
causa mouente & impellente.
- 34 Iuramentum & renunciatio in dubio restringuntur.
- 35 Iuramentū extendit ad connexa, non autem ad ex-
tranea.
- 36 Iurans quod alicui obediens, restringitur, nisi prece-
ptum repugnet ordini iurantis.
- 37 Iurans super facta, videtur iurare super omni iure ab
eo descendente.
- 38 Iuramentum appositum super re, an extendatur ad
eius fructus.
- 39 Iuramentum de parendo mandatis, intelligitur do-
boneficiis.

Accedit prædictis illud quod dixit Natta in
consil. 19. num. 8. volum. 1. dum inquit, † quod
licet Potestas iure seruare statuta, illud tamen iu-
ramentum non extendi ad ea, quæ in desuetudi-
nem abierunt, quandoquidem tunc statuta non di-
cuntur. l. de quibus, in fin. ff. de legibus ibi, per desuetu-
dinem abrogantur. & l. prima, in princip. C. de caduc. tol-
lend. ibi, vel per desuetudinem abolitam. & est text. in
cap. venerabilem, extra de electione. Vbi dicitur, † quod
iuramentum obediendi Imperatori intelligendum
est, donec est Imperator: non autem ubi desierit
esse Imperator, vtpm quia fortasse depositus sit,
prout ad hoc notat ibi illum textum Abbas in vlt.
notab. & facit illud, quod voluit Bald. in l. clari &
aperti. C. defidei commiss. vbi expresse inquit, † quod
ille qui iurat seruare statuta, ea tamen ex causa
transgredi potest: nulla autem magis iusta causa re-
cedendi à statuto esse videtur, quam haec, quod
amplius non dicatur statutum. Vnde dixit Ripa in
cap. 17. num. 3. lib. 3. de donation. & grat. reuoca. iu-
ramentum stricte & interpretandum esse, ut dixit Ab-
bas in cap. tua nos num. decimoquinto, extra de ecclesiast.
edific. vt etiam habetur in cap. penult. extra de iure iur.
Vbi expresse habetur de casu ad casum extenden-
dum non esse, vt habetur etiam in cap. clerici, ex-
tra de verborum significationibus. & rursus idem Ripa
in l. si vñquam, numero decimo, C. de donation. & grat.
reuoca. dum inquit, iuramentum & generale non
comprehendere casum verosimiliter non cogita-
tum. l. si libertus ff. de oper. libert. & natura in capitulo
Quintauallis,

Quintauabis, extra de iure iurant. & voluit Bartol. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Qui enim in se suscipit quodlibet periculum † cum iuramento, causa fortuitum in se suscipere, de quo cogitasse non presumitur, non intelligitur, ut inquit Bart. & tenent communiter scribentes in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. & Ioan. Andr. & communiter Canonistæ in c. i. extra deposit. & Alex. in consil. 28. volum. 1. & in consil. 31. volum. 2. id quod procedit etiam si ad sit in donatione illa generalitas, videlicet ex quacunque causa, &c. etiam quod apta sit ad comprehendendum liberorum quoque causam: Nam & si ita sit, donans tamen de ea cogitasse non presumitur, & ideo non comprehendi dicendum est: † quandoquidem in generali dispositione ea non comprehenduntur, de quibus disponens in specie verosimiliter non disposuisset. l. obligatione generali. ff. de pigno. & c. fina. de offic. vicar. lib. 6. & cap. 2. extra de péniten. & remissio. Vnde etiā infertur, quod si quis piam donans † iuret donationem non reuocare villa de causa sub aliqua poena, & natis filiis donata repeatat, pœnalem stipulationem non committi, prout dixit etiam Imola in cap. fin. colum. 6. extra de donatio. Præterea idem Ripa libro primo responso. cap. 5. num. 4. de legib. & longa. consuetud. inquit, quod si quis iuraue rit † seruare statuta ecclesiæ tam edita quam edenda, tale ius iurandum ad statuta moribus videntium non recepta, vel per contrariam consuetudinem abrogata, non extendi, ut voluit Bal. in prælud. feudo. colum. 5. versic. item nos dicimus, per illum textum. Vbi voluit etiam Imola & sequuntur alii, in cap. 1. extra de his, quæ sunt a maiori parte capituli. Pariter etiam non extenditur ad statuta edita contra commodum & utilitatem ecclesiæ, d. cap. 1. ac etiam cap. 1. de iure iurant. in sexto, vbi idem ipse valde latius proficitur. Præterea hanc quoque conclusionem sequitur Rolandus à Valle in consil. 99. num. 7. volum. 2. & est de gl. hoc singularis, vbi notat Bart. & ceteri sequuntur, in l. si quis priore. ff. ad senatus consult. Trebellian. Vbi etiam habetur † statutorum confirmationem ad statuta non recepta extendendam non esse, vel alias abrogata, cum amplius, (vt supra diximus,) statuta non sint.

Præterea Tiraquel. in præfatione l. si vñquam, num. 144. C. de reuocan. donatio. de generali renunciatione loquens inquit, quod licet generaliter legitima non comprehendat, sed speciali opus sit, & expressa ipsius legitimæ renunciatione, vt est text. in l. si quædo. §. generaliter, vbi id notat Guliel. Cyn. Bald. Salicet. & Castren. & recentiores, C. de inofficio. testamen. cum multis concordantibus ab eodem congregatis in tractatu primogenitu. questio. 55. numero secundo, versic. sed fac posse. generalem tamen cum iuramento sufficere: & ideo pro limitatione deseruire potest, ut ibidem expresse tenuit Ias. in colum. 3. & in consil. 207. in præsentii consultatione, colum. 3. versic. secundo facit, volum. 2. & ante eum idem voluit Paul. Castren. in l. in ratione, la tertia, in fine princip. ff. ad legem Falcidiam, & Roman. in l. prima. §. si quis ita, colum. 9. vbi vult, ut tradit ibidem etiam Barbat. colum. 12. versic. item in quantum. ff. de verborum obligatio. & Alexand. in consil. 181. perspectis instrumentis. circa medium. volum. 5. & iterum Barba. in d. cap. ex rescripto, extra de iure iurant. & in consilio vigesimoquinto, scribit sapientia, colum. 8. versic. adduco, quod voluit, volum. 1. & Decimus in consilio vigesimo sexto, cuius superscriptio incipit, nam filia dotata, colum. 2. versic.

præterea etiam renunciatio, & in consilio octuagesimo nono, viso puncto, colum. fina. & in consilio 180. visa renunciatione, colum. 4. versic. secundo specialiter & Stephan. Bertran. in consil. 284. Venio ad primum, colum. fina. volum. 3. & Georg. Natta in cap. quamvis, colum. 8. versic. aduerte tamen, de pact. libro sexto, & Ias. in consilio 207. verba instrumenti, colum. 4. versic. secundo facit, volum. 2. & Curt. iunior in consil. 3. Bartolomeus, in si. & Franc. Ripa, qui dixit hanc esse communem opinionem, respon. libro primo, capitulo sexto, nepotibus matris, colum. 5. & iterum volum. 3. respons. capitulo quinto, pater quinq. nummorum millia, in fine, & in rubrica ff. de verborum obligatio, columnæ secunda, numero primo. Pariter etiam ibidem, nu. 145. inquit Tiraquelus, quod licet non possit renunciari † legi, de his ff. de transactio secundum Jacob. Butriga. Guliel. de Cunio. Mart. Sil. Bartol. Bal. Angel. Salicet. Castren. & alios ibi, & Signor. de Homod. in consil. 253. in facto questionis, in si & Socin. in consil. 214. in causa Onophrii, colum. penult. versic. adhuc obiici potest, volum. secundo, cum concordantibus adductis à recentioribus in d. l. de his, attamen per generali renunciationem † cuiuslibet auxiliis legum 13 cum iuramento censemur ei legi renunciari, subsistitque renunciatio, vt dixit Alexan. in l. qui Romæ. §. duo fratres, colum. 34. scilicet. ff. de verborum obligatio. & in consilio undecimo, viso, ac vt oportet considerato, colum. 5. versic. potest & tertio, iunctis sequentibus versic. libro secundo, & Corn. in consilio sexto, in hac consultatione, per totum, libro primo, iunctis prioribus cum posterioribus. loquitur enim ibidem in generali renunciatione, & clarius idem voluit Socin. in consil. 200. quoniam ex forma. colum. penult. versic. item vñcunque, libro secundo, quod repetitum est libro quarto. consil. 128. & Ias. qui id reputat singulare in d. l. de his, colum. 4. versic. concludo ergo, & Carol. Ruin. in consil. 156. circa processum, colum. 3. num. 7. libro tertio. & primo, & Stephan. Bertran. in consil. 18. viso consultationis themate, in fine secundi dubii, volum. 2. & iterum in consil. 103. circa processum, in 3. dubio. sive fin. volum. 2. & Anton. Bauer. in tracta. de virib. iuram. versic. 35. incipiente: Nam licet transactio. & ante hoc Imola in dicto cap. cum contingat, columnæ penultima. versic. circa sextum, extra de iure iurant. & Raphael. in l. si quis pro eo, in printip. ff. de fidei us.

Verum quatenus supra diximus, ex generali iurata renunciatione legitimate præiudicium affiri, contrarium voluit Guliel. de Cun. vt subdit ibidem Tiraquel. in eadem præfatione ad dictam l. si vñquam, num. 160. prout inquit à quibusdam citari in d. l. de his ff. de transactio. & Bal. in rub. colum. fina. ff. de iure iurant. colum. fina. in princip. versic. non tamen credo. Ibi enim de huiusmodi iurata renunciatione loquitur, vt ex verbis præcedentibus apparer, vbi etiam Roman. sibi contrarius, in l. qui superfluit, in territoriali limitacione, vbi etiam tradit Imola. ff. de acquirent. heredit. & Franc. Aretin. in l. prima. §. si quis ita, tum in colum. 5. versic. adde dictis. tum etiam in colum. penult. versic. adde primo. ff. de verborum obligatio. & Barbat. pariter sibi contrarius, in consilio 43. sempiterna colum. fina. volum. 2. & Corne. in consilio quinquagesimo quinto. præclare scribitur, colum. penult. versic. Præterea facit, iunctis sequen. per totam illam colum. eodem lib. 2. & Fabia. Gocibi. in auth. nouissima, quest. 21. princip. C. de in officio. testamen. & Albert. Brun. in consil. 82. super difficultate, colum. fina. & Bertran. sibi pariter contrarius in consil. 3. visis hincinde.

Dixit præterea Tiraquel. in loco suprarelato, numero 161. quod quatenus dictum est per generalem renunciationem iuramatam renunciatum censerit ac derogatum d.l. de his. ff. de transactio. contrarium tenuisse Ioan. Maria. in consil. 2. illorum quatuor, in materia substitutionum, d.l. de his. ff. de transactio. incipiente, clementissimi & omnipotenti Dei, &c. Defuncto nobili, col. penult. versic. ad sextum & septimum. & Franc. Fondra. in consil. sequen. incipiente, Deus via, veritas & vita, presens consultatio, colum. 3. versic. verum prædictis, ubi inquit, iuramentum ita demum confirmare renunciationem dictæ legis, si expresse ei renuncietur, aut aliter fideicommisso ab aliquo relictio: alias vero secus, prout ex multis iuribus apparet, quæ ibi deducit, & ante eos tradidit Barbat. & Socin. sibi contrarius, quorum neuter meminit, ille in d. consil. 55. colum. penult. volum. 2. & in consil. 214. in causa Honophrii, colum. fina. versic. secundore respondeo iunctis precedentibus, lib. 2. & apertius in consil. 130. in casu conuentionis, colum. 2. versic. præterea licet in iuramento, lib. 3. & satis obscure Francisc. Aret. in consil. 92. viso legato, in 3. dubio, lib. 3. & idem apertissime in l. qui superstis, colum. 5. versic. & ad ea qua dixi. ff. de acquir. hered. & facit satis commode ad rem nostram illud, quod habetur in decisio. Pedemont. 92. num. 8. dum inquit, iuramentum non includere casus illos, quos dispositio non includeret, super qua opponitur. Et ideo nec etiam excludere illos, quos dispositio non iurata includit, argumento d.l. si vñquam. C. de reuocan. donatio. & l. fina. C. de non numero. pecun. Omittendum etiam non est, quatenus in terminis nostris inquit Iacob. Mandel. de Alba. in consil. 1. num. 6. iuramentum non ampliare actum, sed eum confirmare tantummodo l. si. C. de non numero. pecun. & sequitur Corne. in consil. 12. licet diffuse. volum. 4.

Quatenus autem supra quesitum fuit, an comprehendat casus fortuitos, videas ibidem nonnulla & si de iuramento loqui non videatur. Dixit etiam Guliel. Benedic. in cap. Rayniti, in verbo, testamentum, tertium, num. 36. extra de testamen. quod ob 14 iuramentum † lex loquens in contractu, in quasi contractu locum habere, vt voluit glos. singularis in authen. sacramenta puberum. Cod. si aduers. vendit. in versic. contractibus, & pariter etiam in distractu locum habere, id est in liberatione, ita vt adolecens ligetur, si tutoribus suis cum iuramento renunciet, prout est glos. singularis in l. quid. ergo, in princip. in verbo, contrarium. ff. de contrar. iudic. tutel. vt ibidem.

Verum redeundo ad ea, de quibus supra loquuti sumus, dixit etiam Paris. in consil. 92. num. 13. volum. 3. iuramentum iuxta principalem naturam & dispositionem contractus, super quo apponitur, intelligendum esse, & vltius non se extendere quam verba ipsius contractus, super quo apponitur patientur, vt habetur in d.l. fina. C. de non numero. pecun. & voluit etiam Bal. in consil. 29. casus, vir donauit, volum. 3. & tradit Angel. in consil. 315. statuto cauetur, colum. 1. & Alexan. in consil. 37. viso, colum. 3. volum. 2. cum multis aliis, quos refert Decius in consil. 240. & diligenter. Dicit etiam, quatenus pertinet ad prædicta, Parisius in consil. 10. num. 26. volum. 4. per ea, qua notauit Felin. in c. ex tenore, colum. 4. num. 11. versic. quinto dicit Alberic. extra de descript. quod si præstetur 15 iuramentum † seruandi statuta, de validis, non au-

tem inualidis & nullis intelligendum esse, vt ibidem Felin. multa alia cumulat. Præterea ad hoc quoque propositum in eodem consilio 10. numero 33. inquit, iuramentum non extendi vltra causam illam, ob quam iuratur, capitulo penult. extra de iure iurant. & l. si actori, & l. si duo. §. si quis iurauerit ff. de iure iurant.

Pertinet etiam ad ampliationem prædictorum illud, quod dixit Paris. in consil. 110. num. 3. volum. 1. quod iuramentum censetur præstitum limitate, videlicet iuxta qualitates comprehensas in prima promissione, secundum quam consensus limitatur, & ideo iuramentum dicitur præstitum & vltius non extenditur, vt habeatur in dicta l. fina. C. de non numero pecun. prout voluit etiam Bartol. in l. Titia. §. Imperator, colum. fina. ff. de legat. secundo, & in d.l. si quis pro eo, colum. quinta, versic. octauo prohibetur, & in versic. predicta qua dixi. ff. de fidei usso. & Imola in capit. cum contingat, in septima columna. in princip. versic. ex predicta extra de iure iurant. & l. si in l. si ita quis. §. ea lege, colum. septima, versic. si prima. ff. de verborum obligatio. & in dicta authen. sacramenta puberum, numero quinquagesimo quinto. C. si aduers. venditio. & in l. si mihi. §. in legatis, numero decimo octavo, & in l. nemo potest, numero 39. ff. de lega. 1. vbi plura alia referendo inquit, iuramentum regulari iuxta mentem cōtrahentium, & non aliter. Iridem Parisius in consil. 97. num. 87. volum. 1. inquit, † iurantem omnia & singula, &c. vt de illis iurat, quæ principaliter in dispositione continentur, dicendum videri, non autem de illis, quæ assertive dicta sunt, seu enunciatiue, vt dixit Specul. in titulo de deposito. §. 7. versic. undecimo considerando. & refers Aret. in l. gerit, colum. 6. versic. & quia supra ff. de acquir. heredit. Dixit tamen Hieron. Grat. in consil. 1. numero 24, & 25. volum. 1. iuramentum † omnia in iure iurante deducit & equaliter determinare. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupilla. & l. quamvis. C. de impuberum, & aliis substitutionibus.

Vnde idem Grat. in consil. 9. num. 123. volum. 1. inquit † iuramentum nec sub classulis generalibus, 18 ne ratione consuetudinis comprehendendi posse verborum expressam & determinatam formam requirat, vt voluerunt Abbas & Butr. in cap. penult. extra de iure iurant. & Socin. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de libe. & posthum. Quod maxime in eo casu admittendum putat, ex quo in instrumento extensum non est. Nec etiam aliis notariis illud extenderet potest, sed ille tantum qui de eo apponendo rogatus fuit, vt inquit Bal. in rub. ff. de fide instrumento. colum. 6. versic. quarto queritur. Id autem sine aliqua dubitatione non transit, vt habetur in l. argentariis, in princip. G. de eden. & late tradit Barba. in consil. 2. colum. penult. volum. 4. & l. si in d. §. idem credendum, & Decius in l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Vltra prædicta, quod iuramentum † quantumcumque generale, legitimam interpretationem recipiat, & secundum intentionem iurantis ac etiam communem & verosimilem, vt habetur in capit. ex parte, extra de cleric. non resid. & in cap. quemadmodum, & notatur in l. non videtur. §. qui iussu. ff. de iure iurant. & faciunt notata in cap. 1. versic. declar. de iure iurant. libro 6. & tradit ibidem Ioan. Andr. in glos. fina. & post Hostiens. in cap. veniens extra de iure iurant. & notat glos. in d. cap. quemadmodum. dum inquit, nota quod plerunque etiam subauditur honesta & possibilis conditio, & deinde subiicit speciales conditiones. Legitima

gitima autem interpretatio & conditio est, vt non trahatur ad incognita, vt ibidem latius per eum. Item ultra prædicta, quod iuramentum non referatur ad ea, quæ pars non cogitauit, tradit Calcan. in consilio 25. num. 32. & in consil. 18. num. 37. & in consil. 19. num. 36. & 37.

Præterea ad prædicta redendo, quod iuramentum non operetur, quando generalis oratio causam non includit, de qua agitur, voluerunt Bar. Angel. & alii in l. sed & si quis. §. quæ situm. ff. si quis cautio. & Ioan. Andr. & alii in capit. 1. extra de commodato. & Bald. pariter etiam Socin. Senior in consil. 70. num. 6. 20. volum. 3. inquit † iuramentum nihil operari, vbi generalis oratio causam, de qua agitur, non includit, dixit Socin. Senior in consilio 70. numero 6. volum. 3. & idem concludunt Bartol. Angel. & alii, in l. sed & si quis. §. quæ situm. ff. si quis cautio. & Ioan. Andr. & alii in capitulo primo, extra de commoda. & Bald. in capitulo primo, in titulo, de controvers. apud pares curia terminan. & Imolain dicto capitulo cum contingat, char. 38. extra de iureiuran. & Alexan in l. prima. §. si quis ita ff. de verborum obligatio. Itidem quatenus pertinet ad prædicta, Alexan. in consil. 48. num. 11. volum. 7. inquit, † iuramentum super generali dispositione interpositum ad ea trahi non debere, ad quæ principalis dispositio non extenditur, vt notat Bartol. in d. l. sed & si quis. §. quæ situm, in fin. ff. si quis cautio. & Bal. in capitulo primo, in titu. de controvers. feud. apud pares terminan. & in l. si procurator, colum. 4. ff. de conductio. indeb. & Ioan. Andr. in capitulo primo, extra de commoda. per ea, quæ habentur in dicta l. fina. C. de non numera. pecun. & in l. fina. ff. qui satis dare cogant. & loquitur ibidem. num. 10. & d. l. de his. ff. de transactio. in fin. Vnde etiam est, vt inquit Alexan. in consil. 28. num. 12. volum. 1. vt 22. † iuramentum non trahatur, nisi ad illos casus, ad quos trahitur renunciatio non iurata, vt voluerunt Bartol. Bald. & Angel. in d. l. sed & si quis. §. quæ situm. ff. si quis cautio. per text. in dicta l. fina. C. de non numera. pecun. & in l. fina. ff. qui satisd. cognit. & in l. fina. in princip. ff. ad municip. Et idem voluerunt Bald. & Angel. in dicto glof. in authen. sacramenta puberum. Cod. si aduers. venditionem, & idem voluit Cynus. & Bald. in l. prima. C. commoda. & idem sequitur Salicet. ibidem. Item 23. Decius in consil. 240. num. 3. par. 4. inquit, † ad plus iuramentum non extendi ad casum in quo dispositio loquitur, & secundum eam iuramentum restringendum esse, vt notat Bartol. in dict. l. sed & si quis. §. quæ situm, in fin ff. si quis cautio. & ideo ibidem infert, quod ex quo diuisio habet illam tacitam conditio- nem, nisi per errorem facta sit, ita etiam & de iuramento idem dicendum est, vt ibidem latius ipse prosequitur.

Vnde dixit etiam Bertran. in consil. 361. num. 3. volum. 1. quod in casibus, in quibus non subsistit generalis casuum fortuitorum renunciatio simpliciter facta † non subsistit, etiam si in ea iuramentum interueniat. & quod iuramentum obligationem non augeat, iterum voluit Bertran. in consil. 399. numero 5. volum. 1. & rursus in consil. 109. num. 6. volum. 2. pariter idem vult. & habetur in decisio. Pedemontan. 92. num. 6. & Anton. Anguscio. lib. 2. consil. 30. numero 7. Item quod iuramentum obligationem non augeat, iterum tenet Bertran. in consil. 299. num. 5. volum. 1. & in consil. 171. num. 6. volum. 2. & in consil. 219. numero 3. volum. 2. & iterum idem Bertran. in consil. 109. numero 6. volum. 3. Sed intra suos terminos manenti

addit religionis vinculum, vt dixit Oldrad. in consilio 187. tunc mulier donatrix. Et † ideo Augustin. Berous 25. in consil. 113. num. 17. volum. 1. pariter dixit iuramentum non extendere vires suas nisi ad contenta in instrumento, super quo fuit iuratum, argum. d. cap. cum contingat, cum ibi notatis, extra de iureiur. & tradit Roman. in rub. de arbit. colum. 7. Iuramentum enim vim suam influit in eos solum, super quibus iuratur, vt dixit Ioan. Andr. in c. frustra, de reg. iur. in sexto, in Mercurialibus, & tradit Bart. in l. qui seruum. ff. de verborum obligatio. & Aretin. in c. innotuit, colum. 2. in fine, extra de testibus, & faciunt etiam ea, quæ habentur per Salicet. in l. prima. C. commoda. & per Alexan. in consilio 76. volum. 4. & ideo dixit in consil. 164. numero 7. volum. 2. iuramentum † non contrafacienda assertorium ita intelligendum esse, vt ad promissa referatur, ac principaliter disposita, conuenta & deducta: non autem ad incidenter & enunciatiue, seu demonstratiue in instrumento posita, argumenta eorum, quæ dixit Bartol. in d. l. centurio, colum. antepenult. ff. de vulga. & pupilla. vt ibidem latius ipse prosequitur, & in consil. 137. num. 7. volum. 1. inquit iuramentum non obligare ad plus, sed tantummodo efficacius. & ibidem num. 11. inquit iuramentum generaliter appositum in instrumento restringi & limitari, vt conuentum est, etiam specialiter. ex quo eo quis plus non obligatur, quam conuentum fit. Præterea idem Augustin. Berous in consilio 148. num. 7. volum. 1. inquit, iuramentum † interpretari 27. & ampliari, ac etiam restringi, secundum ius commune, capit. veniens, vbi tradit Ioan. Andr. in nouella, & in capit. ad nostram, il. tertio, extra de iureiuran. & in l. qui iurato ff. qui satisda. cognit. Et ideo ibidem infert, quod cum de natura locationis, & secundum ius commune sit, vt conductor ipso iure à solutione canonis liberetur, ob ius in ipsum conductorum superueniens. l. si quis fundum, in fine ff. loca. & in l. quoties. §. penult. ff. de usufruct. ergo ob ius in ipsum deinde superueniens canonis solutionem aufuge, vt latius ipse ibidem declarat, quando id locum ha- beat.

Addendo prædictis notandum est, vt inquit Augustinus Berous in consil. 177. num. 26. volum. 1. iuramentum generale † ad illos tantum casus trahi, 28. ad quos dispositio seu renunciatio non iurata trahi vel extendi potest, non autem ad alios: & inquit hanc esse communem opinionem. & idem inquit voluisse Aretin. in consil. 24. & Bal. in d. c. cum contingat, in septima conclusione, & Imola post glof. in c. veniens extra de iureiur. vbi dicitur iuramentum generale non extendi, nisi ad casus cogitos & cognitos, non autem ad incogitos & incogitatos, vt inquit Alex. in d. l. si quis pro eo, in additione ad Bartolum in octaua. quæstio. in versic. nisi ff. de fidei usq. vt ibidem latius prosequitur. & rursus ibidem Berous. nu. 33. inquit, clausulas † generales & iuramenta generalissima in in- strumentis ex quodam notariorum stylo apponi consueuisse, etiam quod de eis contrahentes non cogitent. Vnde cum ex illis generalibus verbis capio induci non debeat, nec ipsis graue præudi- ciam ipsis contrahentibus inferri, vt in terminis dicit & consuluit Cardin. in consil. 120. & sequuntur communiter Doctores tam Legistæ quam Cano- nistæ, vt refert & sequitur Abbas in dicto capit. cum contingat, in 9. casu, colum. antepenulti. & idem voluit etiam Butr. ibidem, & in capit. Quintauallis, extra de

iure iurant. & Andr. Barba. late in consil. 60. colum. 2. volum. 2. & Socin. in d. consil. 103. colum. 3. in fin. & ad praedicta optime facit id, quod voluit Specul. in tit. de emptio. & vendito. in §. nunc videndum, versic. quid si vendens equum. inquietus quod si vendens equum seu aliud animal dixerit, vendo & do tibi equum vti calcitrosum, strabonem, bulsum, lunaticum, cum aliqua spatula non bene firma, & tanquam habeat omnes defectus, nolitque de ullo predictorum defectuum teneri, tenetur tamen casu quo equus ille bullus reperiatur, vel in spatulis dolorem habeat, quia venditor debuit se restringere ad defectum, quem equus specialiter habet. l. i. §. si intelligatur. & l. queritur, in fin. ff. de adil. edicto. & id notandum est ab iis, qui vendunt equos dicentib. vt vulgo dicitur, darlo per un saccu d' ossa. Quatenus autem pertinet ad casum nostrum, inquit notandum esse, quod cum notarii & contrahentes soleant ad cautelam apponere lata verba & prægnantia excludentia omnia ea: tamen t+ verba illa remedia quæ contrahentes ignorant & verosimiliter ignorare præsumuntur excludere intelligi non debent, cum potius ex quadam notariorum cōsuetudine quam quod partes & contrahentes se inuicem decipere voluerint apposita dicantur, vt videtur tex. cum ibi notatis in capit. cum venissent, & ibi tradit Abbas, extra de institut. & in l. cum de indebito. ff. de probatio. prout etiam voluit Butrius & Abbas in d. cap. Quintauallis, & in d. cap. cum contingat, in fin. colum. ante penult. vbi etiam tradit Hostiens. & ideo subdit ibidem Augustin. Berrou, num. 60. quod cum notarii & contrahentes ad cautelam soleant verba satis lata apponere ac prægnantia, vt omnia remedia excludantur, non videatur ille, qui eo modo quo supra diximus iurauit, voluisse, sed potius permisisse talia verba apponi ad hoc vt consuetudo seruaretur, & notariorum stylus, argumento d. cap. cum venissent, extra de institutio. & l. cum de indebito. ff. de probatio. & ita etiam in terminis inquit voluisse Butrium in capit. Quintauallis, inquietus ita de facto consuluisse, & idem etiam voluit Petr. de Ancharan. disputando, & esse etiam de mente Hostiens. in d. cap. cum contingat, & hoc idem inquit in his terminis tenuisse Socin. in dicto consilio 103. colum. 3. & Decius in consil. 39. in secundo dubio, & Abb. in d. c. Quintauallis, in fin. colum. 13. & Barba. in consil. 60. colum. 2. volum. 2. & gl. in d. c. veniens, extra de iure iurant.

Præterea inquit facere etiam ea, quæ notat Bartol. in l. prima, in 6. quest. ff. de iure codic. & esse etiam inquit Doctorum communem opinionem, t+ vt huiusmodi verba prægnantia vti ex consuetudine apposita & notariorum stylo, non excludant, quin data magna & enorimissima lassione contraueniri possit: & ideo ab ea vti communi, cum tractetur de praediicio & damno iurantis, qui per ea verba donare voluisse præsumitur, iudicando & consulendo recedere non debemus; quandoquidecum nunquam talis interpretatio fieri debet, vt quispiam donare voluisse videatur. d. l. cum indebito. ff. de probatio. cum similib. Item Decius in l. ex his, numero 30. C. de milit. testamen. pariter cum prædictis conuenit, vt iuriandum ultra vires promissionis non extendatur. & ideo infert quod si verba enunciatiua ex se non probant, vt etiam si accesserit iuriandum non probent dicendum arbitratur. Nec obstat inquit authen. quod obtinet. C. de probatio. propterea quod ibi

juramentum præjudicat haeredi, qui non potest venire contra factum defuncti, & ideo aliter si alii præjudicat, dicendum est. & id inquit in effectu pendere ab intellectu d. l. fina. C. de non numera pecun. de quo inquit tradidisse in cap. 1. colum. 17. extra de iudic. Itidem tursus, quod iuramentum ad causam super qua iuratur restringi debeat, tradidit etiam Cardin. Alb. in l. actor. ff. de iure iurant. autoritate Bartol. ibi, qui id colligit in summario. Vbi etiam inquit illam tacitam conditionem habere, quam habet ille actus, cui accedit. & idem voluit Decius in d. consilio 366. & Socin. in consilio 40. part. 1. & in consilio 65. colum. 6. & sequen. & in consil. 66. colum. 4. & sequen. in eodem volum. & Abb. in cap. quemadmodum, extra de iure iurant. & late tradit Bauer. in tract. de vir. iuram. num. 24. cum seq. firmandum tamen arbitratur, vt posito uno ex correlatiis, ponatur & aliud, vt habetur in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iure iurant. Vnde inferri potest, iuramentum ad hunc casum extendi, colligere tamen inquit solutionem ex iis, quæ tradit Alexan. in d. l. actor, in fin. De his autem, quæ habentur in d. l. actor, refert se ad Paulum Castrensem in consil. 325. colum. 4. Præcedente m conclusionem, vt iuramentum ad plus non extendatur, tenuit iterum Cardin. Alb. in l. ex pupilli, num. 3. ff. de vulg. & pupilla. & Curt. in consil. 43. & in consil. 65. & Socin. iunior in consil. 144. & iterum Cardin. Alb. in d. l. fina. C. de non numera pecun. & rursus idem Cardin. in l. i. §. si impubere, num. 7. ff. de collatio. bonor. id limitat eodem modo, quo actus etiam limitatur & declaratur, in quo interuenit. & idem voluit Roman. in consilio 269. & Alexan. in consil. 179. colum. 3. volum. 1. & Aret. in consil. 24. & idem voluit Alber. de Rosate in d. l. actor. num. 1. ff. de iure iurant. prout etiam iuramentum ultra agentium intentionem non operatur, vt dixit Bal. in consil. 115. num. 5. volum. 1. Præterea redeundo ad ipsam extensionem, dixit Bal. in consil. 474. numero 2. volum. 5. querendo, quid operetur iuramentum de seruanda voluntate paterna, an filius ob illud suam legitimam amittat. & non amittere existimat. & ratio est, (de quæ supra diximus) quod per verbæ generalia de legitima cogitatum non videtur, sed verbis specialibus opus esse. l. si quando. §. si oportet. C. de inoffic. testamen. secus vero de trebellianica, an sufficiat generalis promissio. l. fina. C. ad legem Falcid. & habetur in authen. sed cum testator, eodem tit. & facit illud, quod notat Guel. de Cuneo in l. his. C. de transactio. & ex prædictis concludit, quemlibet de legitima sibi iure naturæ debita testari posse, & si aliter de trebellianica dici debeat. Conclusionem supra firmatam tenet etiam Bal. in capit. cum inter. numero 2. extra de renunciat. dum vult iuriandum ad id tantum referri, super quo iuratum est. & inquit esse text. in l. si duo patroni. §. si quis. & in l. duobus exceptio. & §. sequen. & fina. ff. de iure iurant. & rursus idem voluit Ias. in capit. ad nostram, il. tertio, numero 1. extra de iure iurant. dum inquit, quod iuramentum indefinitum distinguitur per ius commune, & ideo idem de statutis dicendum esse arbitratur, vt est text. in l. si serui vestri. C. de noxal. & est glos. notabilis in l. fina. §. in computatione. C. de iure delibera. & rursus notat ibidem in hoc sufficere, si verba generalia interpretentur medio regulæ, & vt de regula dicitur legitimas exceptiones patientur. l. ita pudor. C. de adulter. & l. prima, §. 1. ff. quod vi. aut clam. Sermo namque t+ generalis civiliter intelligi debet. l. si cui. ibi. scruabis. scili- cet vbi

et ubi debes. & in quibus debes. ff. de seruit. & idem videtur dicere Imola in d. cap. veniens. il. 1. num. 1. extra de iureiuran. Vbi pariter notat, quod iuramentum de parendo mandatis alicuius, non extenditur aduersus verosimiliter non cogitata, ut inquit text. in l. qui cum tu. ff. de transactio. & iterum voluit Imola in capit. 33 petitio. num. 1. extra de iureiuran. † quod iuramentum vti etiam contractus & alia, quæ inter homines geruntur, eam recipit limitationem ac declaracionem, ut ea causa mouente vel impellente ad iuramentum seu contractum, quæ ex p̄eambulis inter partes colligitur, ut inquit facere tex. in l. Titia. §. iij. dem. ff. de verborum obligatio. & in l. item quia ff. de pac̄. & ita colligitur ibidem, iuncto principio cum fine. Item & numero secundo, notat quod iuramentum de non agendo cōtra aliquem indeterminate p̄estitum, de illico intelligendum esse contra debitum iuramentum, non autem de licito, (ut supra late diximus,) & pr̄fertim eum causam trahit à iure proprio vel alterius illi coniuncti, ut ibidem latius per eum.

Pr̄terea iuxta supra relata, quod iuramentū & 34 † renunciatio in dubio ad ius subsistens seu competens restringatur tempore renunciationis, & ideo renunciationem à petitione quæ deinde fiat respettu iuris post ipsam renunciationem & iuramentum superuenientis vel quæsiti, voluit Imola in cap. inter. num. 3. extra de renuncia. Et ideo renuncians & iurans non petere beneficium, non excludatur, si deinde recipiat & petat illud respectu noui iuris deinde quæsiti post iuramentum ex dispositione capituli, vel Papæ, vel vtriusque. Et id inquit etiam procedere, si renunciationi vel iuramento aliqua dictio apponatur, quæ tempus futurum respiciat, utputa pr̄mittatur vel iuretur non petere vterius ex causa superueniente tunc tempore renunciationis. & inquit facere illud, quod habetur in l. quod seruus. ff. de condic̄io. ob caus. & illud, quod late notat Bartol. in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verborum obligatio. Rursus Imola in capit. venientes. num. 1. extra de iureiuran. iterum notat, quod iuramentum simpliciter p̄estitum referendum est ad actus capaces implementi eius, quod iuratur, & ideo iuramentum de exequendo sententiam, refertur ad sententias, quæ de iure exequi possint. Rursus Abbas Panormitan. in capit. clericus, numero primo, extra de iureiuran. inquit contra ea, (quæ supra diximus,) iuramentum tam ad edita quam edenda extendendum esse, ut est text. in l. fina. G. que res pignor. obligari possunt. Vbi habetur, quod si quis fortassis obligat bona sua, videtur non solum praesentia, sed etiam futura & soluendo hanc dubitationem inquit gloss. animaduertere ad hoc contrarium, & inquit ideo ad futura non extendi, quia iuramentum extendi non debet ad ea, de quibus verosimiliter cogitatum non fuit, nisi quo ad praesentia, cum solum statuta edita obseruare iurauerit, & ideo deinde non potuit ex nudo consensu iuramentum ad edenda extendere vel recenter edita, ut tex. innuere videtur. & rursus ibidem, numero secundo, inquit iuramentum esse stricti iuris, & ideo de facilis extendendum non esse ob periurii periculum. & ibidem numero tertio, inquit, quod si subditus qui primum domino iurauit conuenerit ut illud iuramentum deinde ad alia extendatur, si fiat extensio, ut ibi, licet pacto successorem obligare possim, iuramento tamen

eum obligare non possum, ut notatur in capit. veritatis, extra de iureiuran. & id ea ratione, quod iuramentum ex simplici consensu non extendatur, sed expressum iuramentum requiratur, cum iurandi forma de substantia sit, ut optime notatur in d. capit. clericus.

Dixit iterum Abbas in cap. per tuas, num. 1. & 3. extra de donatio. quod non obstante iuramento non infeudandi iterum posse p̄elatum feudum non integrē concessum perficere, si forte vasallus in mensura deceptus sit, non obstante iureiurando iā p̄estito. & ibidem num. 3. notat prohibitum aliquid concedere vel ædificare, prohibitus nō videtur iam concessum reintegrale, vel opus iam constructum restituere, si ruinam minetur, & inquit ad hoc facere tex. in c. consuluit, extra de Iudea.

Adnotauit etiam iterum Abbas in cap. ex parte, num. 4. extra de cleric. non residenti. iuramentum † lib. 35 cet regulariter, (ut supra vidimus,) non extendatur, ad connexa tamen extendi, nō posse, non autem ad extranea, ut voluit ibidem gl. fina. Ioan. autē Andr. ibidem, ut refert Abbas, negat gl. & Hostien. id colligere ex eo text. & ideo inquit, quod cum hoc iuramentum in iuris materia p̄estitum sit, secundum subiectam materiam intelligendum est, ut probatur in cap. sequenti, in eodem tit. de cleric. non resident. & ideo dixit Innocen. in cap. per tuas. extra de arbitr. iuramentum simpliciter p̄estitum in materia naturaliter alternatiua, alternatiue intelligendum esse, & ideo inferendo ad casum ibi propositum, inquit quod ex quo ius non arctat ad residendum indifferenter, quinimo ex legitima causa absentiam permittit, pariter etiam eodem modo iuramentum intelligendum esse.

Omittendum etiam non est, quatenus pertinet ad rem propositam, illud quod dixit Felin. in c. ne Dei. num. 5. extra de simon. † quod si p̄estetur iuramentum de obediendo alicui, restringitur quatenus p̄ceptum repugnaret ordini iurantis. Unde infert Dominicus à sancto Geminiano in cap. 1. in fine nota. de iureiuran. lib. 6. quod si minister provincialis ordinis minorum iuret in fine triennii renunciare in manibus Provincialis capituli, tale iuramentum non subsistere: & id ea ratione, quia repugnat suæ regulæ à summo Pontifice approbatæ, ex quo per illam disponitur renunciationem in manibus capituli generalis faciendam esse: & ad hoc inquit facere illud, quod notat ipse Geminian. in c. nerui, in glos. in cap. formidat. 13. distinctio. dum inquit, quod si iurauit tibi obedire, intelligitur (ut supra diximus,) in licitis, & honestis. & adducit tex. in d. cap. ne Dei. & ideo dixit Imola in capit. dilecti. extra de majoritat. & obedien. quod si summus Pontifex iurat seruare consuetudines, de laudabilibus intelligentiis est.

Pr̄terea iurans † super facto, intelligitur iurare super quolibet iure descendente ex eo contractu, ut habetur in l. duobus. §. si quis iurauerit. ff. de iureiuran. & iterum idem dixit Bartol. in authen. sacramenta puberum, numero decimo septimo. C. si aduers. venditio.

Quatenus autem supra dicebamus, iuramentum extendi ad connexa, non autem ad extranea: illud omitendum non est, quod dixit Ioan. Marian. Riminald. in l. nam & postea. §. peritor. ff. de iureiuran. dum querit, † an iuramentum interpositum super 38 ce. ad.

re, ad fructus quoque rei extendatur, & sic ad accessoria, ut ibidem probatur. & an idem de sententia dicendum sit, si feratur in reali propter rem, an comprehendat fructus ipsius rei, & eos comprehendere dicit, & si de eo mentio facta non sit, ut voluit ibi Roman. & Imola in capit. ex conventione, extra de restitutio spoliato. & Bartol. in Lex diuerso ff. de rei vindicatio. & Ioan. Marian. Riminald. in l. si duo patroni. §. item Julianus, numero primo. ff. de iure iurant. ex quibus colligi satis concludenter arbitratur, iuramentum super uno interpositum, ad id etiam effictum suum extendere, quod ab eo necessario prouenit, super quo appositum est, vel delatum. & ita inquit declarari text. illius. l. in principio, quod scilicet iusurandum super uno interpositum, ad aliud non extendatur, nisi ex eo necessario consequatur: Nam prohibito uno, prohibitum etiam illud intelligitur, quod necessario consequitur. l. secunda ff. de iurisdict. omn. iudic. & ideo inquit, quod iurans de facto suo, potest etiam de facto illius conueniri, cui ipse successit, & econuerso, si fuerit iusurandum à defuncto interpositum: aliud namque est factum defuncti, aliud hæredis. l. stipulatio ista ff. de verborum obligatio.

Promittens namq; factum suum, hæredis quoque factum promittere videtur, ut habetur in dicta l. stipulatio ista, ff. de verborum obligatio. & si respectu actionis una & eadem persona censeatur, ut habetur in Authen. de iure iurant. à morien. praefito. & late de hoc tractauimus, quando scilicet hæres repræsentet personam defuncti, in l. i. ff. de religio. & sumpt. funer.

Præterea prosequendo prædicta, quod iuramentum præstum super principali, ad accessoria non extendatur, voluit Ias. in l. iusurandum. §. procurator, numero decimonono. ff. de iure iurant. id quod extenditur etiam ad restitutionem factam de principali, quo ad usuras & sic ad accessoria l. fina. §. Lucius Titius ff. de conditio. indeb. ut dixerunt Bal. & Ludouic. Roman. in d. §. procurator. & idem quoque inquit de restitutione à Principe facta nominatim ad bona, & volunt ut ad fructus perceptos non extendatur, ut est text. in authen. idem de Nestorianis. Cod. de heretic. quem ad hoc notat & reputat singularem Angel. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. & Ludouic. Roman. in d. §. procurator. & idem tenet Bal. in capit. domino guerram, in titulo hic finit. lex. Conrad. & in l. nam ad ea. ff. de legibus, & in l. fina. colum. 8. C. de senten. pass. & Alex. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, colum. 19. & omnes, subdit ibidem Ias. indifferenter ita tenere, licet contra arguant quo an Principis restitutionem. Pariter etiam, quod iuramentum ad illud non extendatur, de quo non est cogitatum, dixit iterum Ias. in l. sub praetextu. num. 3. Cod. de transactio.

Redeundo modo ad prædicta, † quod iuramentum de parendo mandatis de honestis intelligendum sit, tradit etiam Aymon. Crautet. in tract. de antiqu. tempore. parte prima. num. 28. & ideo infert, quod generale arbitrium alicui concessum, non trahitur ad ea, quæ repugnant honestati, ut dixit Bartol. in l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iuri. & Angel. & Fulgos. in l. milites. C. de testa. mil. & Socin. in consil. 53. colum. 2. vol. 3. & ibidem latius per eum.

Item Hippol. Riminald. in Institut. in tit. quibus alien. licet, vel non. num. 255. inquit iuramentum li-

mitatum ad unum casum, limitatum quoque effectum producere.

Dixit præterea etiam Latus in allegatione. 129. n. 7. (vt supra quoq; diximus,) iuramentū non ampliare: nec extendere contractum, nec contenta in eo. Vnde si contractus non includit casum successionis, pariter nec iuramentum includit, id quod voluit etiam Ruin. in consil. nonagesimoctavo, numero 9. volum. 1. dum, (vt supra diximus,) inquit iuramentum nō operari quo ad casum, ad quem simplex renunciatio nō trahitur causa deficientis consensus; & rursus idem voluit Ruin. in consil. 126. numero 6. volum. 4. & Alber. de Rosate libro primo, de stat. questione. 25. num. 8. inquit, iuramentum ea non comprehendere, quæ si sciueret, non fuisse simpliciter iuraturus, argumento. l. qui peculii. ff. de pecul. & l. obligatione. ff. de pigno. & l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. & videtur casus in l. Lucius. §. Imperator. ff. ad municip. & idem voluit Neuizan. in consil. 32. num. 14.

C A P. CCCXXXVI.

Argumentum est in Summariis.

S U M M A R I A.

- 1 Pactum. l. commissoria, quando non valeat.
- 2 Text. in c. significante, extra de pign. declaratur.
- 3 Iuramentum, quando non liget tertios possessores.
- 4 Iuramentum quando pactum l. commissoria confirmare non dicatur.

A Dvleriora procedendo Guido Papæ in consil. 180. in principio primo loco inquit pactum. l. commissoria, † non subsistere, & deinde concludit teritiis possessoribus non obstat, † ut est text. in c. significante, extra de pignor. ubi probatur iusurandum in huiusmodi actu valere ea ratione, quod ille text. in dicto cap. loquatur in debitore iurante, quod sane ab ipso debitore iurante seruandum est, ea potissimum ratione, quod odio creditoris tantummodo tale pactum reprobetur: & ideo in hoc casu proculdabio ab ipso debitore iurante seruari debet, ut habetur in d. cap. significante. Secus vero dicendum videtur, si ad tertios perueniat, & contra ipsum tertium possessorem prædictum † non transit, id autem ex infra scriptis satis concludenter probatur: & primum, quia tertius possessor non iurauit, & ideo prædecessorum iuramento nō ligatur, & præferrim cum ipsi tertii possessores iurantis hæredes non sint, ut habetur in Authen. de iure iurant. à moriente praefito, in princ.

Secundo loco confirmatur ex eo, quod dictum iuramentum pactum ipsum l. commissoria, non confitmauit seu conualidauit, sed vsque à princip. samper fuit contractus nullus & inualidus, ut dixit Innocen. in d. cap. significante, & Bart. in dicta l. si quis pro eo, in princip. ibi, quarto prohibetur. ff. de fidei usso. & idem inquit firmare Bouenc. in authen. sacramenta puberum, in sua repetitio. in materia. l. fina. Cod. si aduers. vendit. & ideo licet contractus, de quo agitur, non extitit, iuramento conualidetur & subsistere dicatur: verum contrarium tenet ipse, scilicet quod talis contractus inualidus remaneat, & ideo possint tertii possessores de inualiditate dicti contractus excipere aduersus petita. Præterea id Guido Papæ in consil. 81. num. 3. inquit ad tertium alias respondisse, quod licet iuramentum in tali pacto. l. commissoria

seriae appolitum subsistat, ut videtur probari in d.c. significante, extra de pigno. id verum sit quo ad obseruantiam iuramenti ab ipso iurante, vt ibidem: ab huiusmodi tamen iuramento non confirmari, nec conualidari, vt voluit Innoc. in d.c. significante, quem sequitur Bar. in d.l. si quis pro eo, in princip. ff. de fideiuso. ibi, quarto prohibetur. & idem voluit Card. Floren. & Panorm. vt refert ipse Panorm. in d.c. significante, in gl. fi. & idem etiam voluit Imola in d.c. cum contingat, colum. 16. in 4. confirmatione, versic. nunc restat descendere ad quartum membrum. ibi, & per prædicta, &c. extra de iure iurant. & idem voluit Angel. & ibidem refert Imola. Præterea quod iuramentum non conualidet dictum contractum, probat expresse rex. in d.c. significante, dum inquit, quod si debitor diligenter curauerit intra terminum soluere, iuramentum seruandum esse, & creditorem teneri pignus debitori restituere. Si igitur pignus restituere tenetur, merito quod contractus conualidatus non fuerit, dicendum est, prout etiam dixit Bouenich. in authen. sacramenta puberum, in sua repetitione, in materia cause finali. C. si aduers. venditib. Vbi inquit iuramentum illum contractum confirmare quo ad iuramenti obseruantiam. Ad id autem videtur posse responderi, contractum tunc non conualidari, sed iuramentum quo ad actus conseruantiam compellit. Præterea quod ius iurandum tale pactum non confirmet l. commissoriæ in pignoribus, est ratio, quod huiusmodi contractus iuri repugnat. Verum potest super tali iuramento dispensari, ex quo in odiū creditoris reprobatur est, vt inquit Panormitan. in d.c. significante, in gl. fina. prout etiam inquit ipse posse dilapsari in materia c. debitorum, extra de iure iurant. si igitur potest super tali iuramento dispensari, merito non dicitur confirmatus, & ibidem, num. 4. loquitur de tertii possessoribus. Præterea Ripa in libro 3. responsorum. 6. 6. num. 6. pariter inquit, pactum l. commissoriæ in pignoribus ob creditorum improbitatem reprobari. l. 1. & 2. C. de pact. pignor. Verum Ripa ibidem referendo quamplura alia, quæ iuramento confirmantur, inquit pactum. d. l. commissoriæ iuramento confirmari. Gozad. autem in consil. 61. num. 7. inquit, quod licet pactum legis commissoriæ in pignoribus reprobetur. d. l. 1. & 2. C. de pign. & d.c. significante, extra de pignor. si tamen interueniat iuramentum, seruandum esse, vt inquit voluisse Innocen. & communiter scribentes in d. cap. significante, & Bal. in d.l. si quis pro eo. ff. de fideiuso. Bertran. vero in consil. 50. num. 11. volum. 2. inquit, quatenus sumimus Pontifex asserit pactum. l. commissoriæ in pignoribus reprobatum, & mandat vt ipso pacto non obstante vel iuramento cogatur creditor pignus resignare, videtur velle vt pactum d. l. commissoriæ ita in pignoribus reprobetur, vt altera partium contrauenire possit, non obstante ipso iuramento præstito ad eius obseruantiam, & id absque ylla dispensatione vel relaxatione ipsius iuramenti, prout etiam inquit voluisse Innocen. in d.c. significante, in gl. fin. & videtur etiam voluisse Pileum in quest. 56. In eo, qui ignorauit pactum l. commissoriæ, in pignoribus esse reprobatum: & si secus sit in sciente, vt refert Ioan. Andt. in additio. ad Specul. in tit. de conclus. & renunciat. §. 1. versic. quia, &c. & in additione exordiente, ex quo auctor. & c. per text. in l. si finita, in princip. ff. de damno infecto. & in l. si quis delegaverit. ff. de nouat. & in l. si mulier. ff. ad Macedon. & in l. sed

& si §. ff. si quis cautio. & addit. etiam eum non dererare.

C A P. CCCLXXXVII.

Argumentum est in Summario

S V M M A R I V M.

1. Iuramentum, an & quando producat actionem.

Væsivit Petrus de Bellapertica in §. in persona, num. 13. Inst. de actio. quatenus ibidem in versic. item si quis. dum ibi dicitur, si iurauerit summam sibi deberi, an iuramentum producat actionem. Nam cum alias cogi non posset sine iuramento, iuramentum id efficere non potest: vtputa si quis pacto nudo promiserit aliqui t.o. & licet deinde iureret, attamen iuramento non obstante efficaciam ad agendum non præstat, si alias agere non potest. Petrus vero ita declarat. Aut quis iurat nullo sibi delato iuramento, vtputa peto a te centum & iuro. & mihi actio non competit. l. si legatarius, ff. de dolo. Aut vero iuramentum delatum est ab aduersario vel iudice, & tunc actionem & efficaciam ad agendum producit, & ita intelligit illum. §. & torum titulum. ff. de iure iurant. & text. in l. bona fidei, & in l. actori. C. de iure iurant. si vero queratur, an aduersario ad agendum efficaciam præstet contra deferentem iuramentum, & tunc aut est interpositum super eo, quod tenebat ipso iure, aut super eo quod ipso iure non tenebat. Si igitur præstitum sit super eo, quod respiciebat ius commune, & tunc præstet efficaciam, alias vero nequaquam.

C A P. CCCLXXXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1. Statutum si disponat, quod in quibusdam casibus iuramentum actoris pro plena probatione habeatur, an præstito tali iuramento ab accusatore admittatur reus ad illud reprobandum.

Væsivit Bal. in sua practica, in tract. quæstio. circa probationes, quæst. 5. num. 1. & 2. si fortasse statuto disponatur, vt quibusdam in casibus actoris ius iurandum pro plena probatione habeatur, an præstito huiusmodi iuramento ab accusatore admittatur reus ad illud reprobandum, & cōtrarium probare possit. In primis autem, vt non possit, dicendum videtur, vt est text. in l. non erit. §. dato. ff. de iure iurant. & videtur etiam casus in l. fina. ff. de in item iurant. propterea quod satis esse videtur, si Deum vltorem habeat. l. 2. ff. de reb. credit. Secundo confirmatur, quia statutum disponit, vt pro plena probatione habeatur: & ideo si reus admitteretur ad probandum, verba statuti offenderentur, cum vti iacent, sint intelligenda, & ideo ab eis recedendum nō est. l. non aliter. ff. de legat. 3. & c. l. si is, qui. vbi notatur, extra eod. tit. Tertio confirmatur, quia illa verba alioquin nihil operarentur, nec iuri quicquam detraherent, quod dicendum non est: propriæ enim statutum est, quod addit, vel detrahit aliquid. l. ius ciuiile. ff. de iustit. & iure, argumento l. si quando. ff. de lega. 2. Ergo verbis ipsius statuti standum est, prout stricte posita sunt. l. quicquid adstringenda. ff. de verb. obligat. Contraria vero opinionem, quod imo contra tale iuramentū probari possit, ita probatur. Duobus

¶ l. pluribus iuratis statut, & eis creditur, & plenam fidem de iure faciunt, & probant. l. vbi numerus ff. de testibus. & cap. licet, extra eodem tit. & l. optimam. C. de contrabenda & committit. stipulatio. & capit. extenore, extra de testibus. & capit. cum pluribus. extra de probatio. & l. antiqui. §. 1. C. ad Velleian. ergo probari potest. Secundo comprobatur ex eo, quod videtur in canonice expressum: quandoquidem si vir iurat vxorem cognouisse carnaliter, eius statut iuramento, cap. continetur, extra de sponsa. attamen si vxor probet nullo modo ab eo cognitam, eius probationi statut, (vt supra dictum fuit,) etiam contra iuramentum, capit. proposuisti, extra de probatio. & d.c. continetur.

Tertio videtur de hoc calus in l. fina. C. de iureiuran. dum in ea distinguendo dicitur. Aut potuit iuramentum reprobari per testes, vel aliquibus argumentis sive indicis, & tunc non auditur, quia non facile iuramentum retractari debet, quod ex verbis legis vel statuti defertur. l. fina ff. ds in item iuram. Aut vero petitur reprobari per instrumenta, vel alias scripturas deinde repertas, & audiendus est. l. 3. §. si tamen. C. si minor se maior. dixerit. Aut vero id ex magna causa sit, & tunc potest, licet facile re tractari non possit, capit. purgatio. extra de purgatio. canon. & l. fina. C. de iureiuran. Vbi videtur notari iuramentum per testes retractari posse. Ad ipsam autem. l. fin. C. de iureiuran. respondet ibi non fuisse specialiter inspecta verba testimoni, ut ibi notatur. Item in capit. continetur, & in cap. proposuisti, est speciale in causa matrimonii, quia nec iuramento, nec sententia statut talis iuramenti super matrimonio, si veritas aliter inueniatur. c. lator, extra de re iudicio.

C A P. CCCLXXXIX.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum adiectum dationi quantitatis, eam non confirmat.
- 2 Poena adiecta dationi quantitatis, presunitur in fraudem usurarum apposita, & ideo non debetur, nec poena subsistit.

Illud etiam adnotandum est, † quod iuramentum dationi quantitatis adiectum ipsam dationem nona confirmat, vt voluit Petrus Rebuss in gl. prima l. vnicce, num. 70. C. de senten. que pro eo quod inter. Quindoquidem cum in eadem glos. num. 57. firmasset illam conclusionem, quod poena † dationi quantitatis adiecta, in fraudem usurarum apposita censematur, & ideo non debetur: vt puta exempli gratia si quis centum muruo receperit, & promiserit fortasse soluere, vel restituere calendis Ianuariis: & casu quo non restitutas dicto tempore 10. singulo quoque anno. Quæ sane poena non valet, vt est tex. in l. rogaſi. §. si tibi. ff. de rebus credit. & tradunt Doctor. in capit. dilecti, extra de arbitr. & capit. suam, extra de pœn. & Angel. de Clauas. in summa Angel. in verbo, pœna, questio. duodecima, & Portius in §. non solum. Institutio. de verborum obligatio. & Petr. de Ancharen. in consilio 148. apud antiquos, & Alexand. in consilio quadragesimonoно, paucis, & sequenti, volum. quarta, & in consilio 135. circa, colum. quarta, volum. sexto, & Decius in consilio 133. in controversia. in fin.

Quæ sane conclusio est communis, vt dixit Jacobus in d. l. promiss. C. de transactio. & Alexan. in consil. 109. quaritur, colum. 3, volum. 2, & in consil. 43. quia subtiliter, volum. 6. & in consil. 135. circa, colum. 3, in eod. vol. Et deinde ibidem, num. 70.

Limitatur autem, vt dixit Alexan. in d. consil. 135. num. 70. si interueniat iuramentum, per text. in cap. debitores, extra de iureiuran. & voluit Ancharen. in consil. 148. secundum veterem impressionem. & Rom. in consil. 510. quo ad primum dubium, in secunda quæst. & iterum Alexan. in consil. 158. in causa, quod est repetitum in consilio 207. volum. 2. & in consil. 106. Magnifice prator, colum. 3. & in §. alteri, colum. penult. & in d. l. stipulatio ista. ff. de verborum obligatio. & Petruſia in tract. de iureiuran. in effectu 47. per tex. in l. si quis maior. C. de transactio. Potest tamen peti absolute à iuramento, si est in statu petendi, vt dixit Anton. de Pratoueteri in consil. 49. paucis, colum. 6. & Alexan. in consil. sequen. volum. 4.

C A P. CCCXC.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iuramentum annullatur annullato contractu.

Conuenit cum praedictis, † quod annullato contractu, cessat etiam iuramentum, vt adnotauit Bal. in l. l. colum. 3, C. de inoffic. donatio. dum vult, vt annullato contractu, etiam iuramentum tanquam accessorium annuletur, prout clare declarat Alex. in consil. 137. colum. 6. volum. 6. dum inquit, vt in casu Bal. ideo etiam iuramentum annuletur, quia iuramentum in præiudicium filii & liberti appositorum erat, vt refert Anton. Gabriel. in tract. commun. opinionum. lib. 2. de iureiuran. conclus. 5. num. 6. & iterum Anton. Gabriel. in eodem tract. lib. 6. de claus. conclus. 10. num. 4.

Contraria autem conclusionem, quod annullato contractu, non annuletur iuramentum, tenuit idem Anton. Gabriel. in lib. 6. in tit. de claus. conclus. o. num. 4. qui vult, annullato contractu iuramentum appositorum valere.

C A P. CCCXCI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iuramentum si legitime praestitum non est, iterum iurari potest.

Illud satis ad rem propositam facere videtur, † q̄ iuramentum si minus legitime praestitum sit, iterum iurari possit, vt voluit Tiraquel. in l. boues, num. 1. prima limitatio. ff. de verb. signific. dum inquit, quod si non valuit primus actus, reiterari potest, propterea quod dispositio, quæ de aliquo actu loquitur, de primo qui tamen valuit, intelligi debet. l. qui per salutem. ff. de iureiur. vbi per salutem suam iurauit, cum non ita specialiter ius iurandum ei delatum esset, iuramentum non intelligatur, & ideo ex integro solemniter iurandum est. & ideo Bar. ibidem notat, q̄ si legitime iuratum non sit, legitime iuratum non videtur, & ideo ex integro similiter iurandum sit. Et dixit Bal. in auth. ex eo, quod omissione modi & formæ reddit actum nullum, ac etiam iterum fieri posse

posse cum observatione formæ publicæ. & ideo infert Franc. Marci in quæst. 86. num. 1. cum sequen. volum. i. sententiam excommunicationis cōtemnendam esse, ybi cunque debitor in termino p̄äfixo à iudice ecclesiastico non satisfecit. §. ex publico, extra de conuer. coniug. vel etiam quando animo in sua sententia persistente quis excommunicationem substatuit per annum: nam in eo casu excommunicatio nem sufficere per annum inquit.

C A P. CCC XCII.

A R G V M E N T U M.

Iuramentum potestatis de obseruando statuta, an operetur in futuris ipsis valde p̄äjudicialibus.

S V M M A R I A.

1. Potestas iurans seruare statuta, non tenetur seruare statuta postea facta, quæ illi plurimum obesse possunt.
2. Publicatio honorum non trahitur ad futura.
3. Clausula, non obstantibus statutis, si in aliqua dispositione apposita sit, an de futuris statutis intelligatur.
4. Iurans seruare statuta existentia in uno volumine, videtur iurasse seruare quodlibet statutum separatum & de se.
5. Iuret si fortasse canonicus seruare statuta ecclesie, si in suis literis sint clausula tollentes statuta ecclesie, an per tale iuramentum videatur illis clausulis renunciare.
6. Iurans seruare statuta, si in volumine statutorum sint duo statuta contraria, queritur, quod nam eorum seruare debeas.
7. Iuret si fortasse nouus Potestas quolibet semestri seruare statuta in manibus eorum, qui representant communitatem, vel eius qui recipit nomine totius communitatis, si contra statutum recipit directum, peccat mortaliter.
8. Iuramenti transgressio grauiſſimum est peccatum.

QVæſiuit etiam Imola in l. si stipulatus. §. cum stipulamur, num. 1. ff. de verborum obligatio. † si potestas iuret seruare statuta, teneatur etiam seruare statuta deinde facta, si sibi non leue p̄äjudicium afferre possint. & de hac re, an dispositio p̄äfens trahatur ad futura. inquit plene tractari in l. si ita, ff. de auro & argen. legato. & tradit etiam Ioan. de Ligna. in clemen. fina. de rescript. Item quod iurans seruare statuta, de p̄äsentibus, non autem futuris intelligatur, tradit etiam Alexan. in l. si stipulatus. §. cum stipulamur, num. 4. ff. de verborum oblig. & voluit etiam Bar. eodem in loco.

Hæc autem conclusio limitatur in statutis parum p̄äjudicialibus, propterea quod dispositio in eo casu trahitur ad futura, quando parum p̄äjudicialia sunt. l. fina. ff. quæ res pigno. oblig. poss. non autem ad valde p̄äjudicialia. Vnde etiam est, quod publicatio † bonorum ad futura non trahatur. l. si mandauero. §. cuius ff. mandati. & capit. fælicis. §. verum, de pœnis, libro 6. & cum opinione Bar. transfere Imolam inquit Alexan. in d. §. cum stipulamur, & Abb. in capit. penult. extra de iure iurant. Angel. tamen in d. §. cum stipulamur, inquit quod si iuro seruare statuta, intelligatur etiam de futuris per tex. in l. si seruus ff. de seruitut.

vrba. pradio. & idem videtur tenere Ioan. Andr. & multo expressius Cardin. in d. c. penult.

Idem etiam dixit Ias. in d. l. si stipulatus fuerim, §. cum stipulamur, num. 12. ff. de verborum obligatio. & inquit etiam ipse Bart. eam conclusionem etiam ad statuta futura extendere, dummodo non sint valde p̄äjudicialia iuranti, quia simplex dispositio trahatur ad futura parum p̄äjudicialia, d. l. fina. C. quæ res pigno. obligari. poss. & inquit cum Bart. tenere Imolam, & Alex. ibidem, & Abb. in cap. penultimo, extra de iure iurant. & in consil. 158. ad dilucidationem illius concertationis. & cum Bart. limitat tex. in d. cap. penult. quando iurans expresse se restrinxit ad statuta edita, vt patet ibi, in tex. in vers. edita. & notat etiam ibidem Abb. in 2. notab.

Secundo modo limitat ibidem Ias. vt scilicet ille text. procedat, quando iuramentum p̄ästitum super alio interponitur. Nam tunc si promitto aliquid aliud sub vi iuramenti iam p̄ästti, actuū seu promissionem non subsistere, & ita inquit procedere text. in d. cap. penultimo, secus vero si iuramentum p̄ästitum comprehendat illud de quo nunc agitur, prout limitat Bartol. & Angel. in l. fina. per gl. ibi. C. de vend. reb. ciuita. lib. ii. Quo vero ad principalem quæstio. inquit Cuman. Paul. Caſtrenſ. & Petrum de Besutio tenere, & bene, quod Potestas indistincte vi iuramenti teneatur seruare etiam futura statuta iam edita. propterea quod ratione officii eadem est ratio de futuris, sicut de p̄äteritis. Subdit tamen Ias. ibidem ad hoc fundamentū responderi posse, tuendo Bart. aliud esse querere, an Potestas ratione sui officii statuta etiam deinde edita seruare teneatur, & tunc inquit teneri, & ita procedat fundamentum recentiorum; aliud vero, an iuramenta extendantur ad statuta deinde edita, & ita procedere Bart. decisionem. Si autem, subdit ipse, † in rescripto aliena dispositione clausula derogatoria, non obstantibus statutis, contineatur, & tunc intelligitur etiam de futuris, vt inquit Bartol. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. Vbi dixit Ias. ff. de legat. primo.

Quæritur etiam, vt dixit Dominic. à sancto Geminian. in d. cap. cum contingat, num. 6. de iure iurant. libro sexto, an iurans seruare statuta existentia in uno volumine, intelligatur iurasse obseruare quodlibet statutum separatim. De hac conclusione tradit Archidiacon. in cap. inter cetera, 22. quæſtio. 4. & concludit eum, qui ita iurat, intelligi promittere seruare quodlibet statutum per se & separatim. & tradit Felin. in capit. ego, in fi. in eodem tit. & est additio ad Paracelsus. in capit. cum accessissent, num. 4. in versic. iurauerunt, extra de constitutio. & tradit ibidem Gemin. num. 13.

Quæritur de hac quæſtione, canonicus in receptione † iuravit seruare statuta ecclesiæ, sed in eius literis adsunt clausulae, quæ statuta tollunt ipsius ecclesiæ, an vi huiusmodi iuris iurandi illis clausulis renunciasse videatur? & inquit Ioan. Andr. ibi, se referre ad eam conclusionem, quam posuit infra in regula, in spicimus, deregul. iur. vbi arguit pro vtraque parte, & tandem concludit non renunciare dicendum esse, vt est decisio Rotæ in prima decisione, de iure iurant. in nouis. Præterea idem Geminian. ibidem, num. 14. quærit de hac quæſtione. † In quodam volume statutorum iuratorum duo extant statuta contraria: vnde cum vtrunque intelligatur iure iurando

rando seruare promisso, quodnam eorum iurans seruare teneatur. Soluendo autem huiusmodi ambiguitatem, ita inquit: Aut alterum praedictorum duorum statutorum contrariorum est illicitum, & tunc res est clara: Nam licitum seruare tenetur, non autem illicitum, vt est tex. in d. c. contingit. Aut vero utrumque est licitum, quod sane accidere potest, vt scilicet duo sint statuta contraria, & utrumque sit licitum, iuxta notata à Ioan. Andr. in cap. fin. de consuetud. lib. 6. Et tunc aut contrarietas potest aliqua distinctione concordari, utrumque in suo casu seruari debet, argum. cap. cum tu, extra de testamen. & c. cum expeditat, de electio. lib. 6. Aut non possunt illa distinctione concordari: & tunc aut unum est conditum à superiore, aliud vero ab inferiore, & tunc seruandum est illud, quod est conditum à superiore, etiam quod sit prius conditum, vt in clementi. ne Romani, extra de electio. Aut ambo edita sunt à pari auctoritate, & tunc seruatur ultimum: nam legum & statutorum proprium ac peculiare est, vt secundum primum corrigit, cap. 1. de constitutio lib. 6. Hæc autem procedunt, & locum habent, vbi cunq; quodnam ipsorum sit prius: si vero id non appareat, sed de eo dubitetur, & tunc scriptura ordo seruandus est, cap. penult. de electio. lib. 6. & capit. mendato, de præben. in eodem titulo, secundum Ioan. Andr. in d. capit. contingit. Et idem etiam inquit tenere Dynum, propterea quod vbi cunque sunt plura, quæ ordine inspecto compositionis & situationis sese habent ordine successivo, propterea quod unum est prius, alterum vero posterius, licet ut concurrentia in actu sese habeant confirmationis: attamen secundum diuersa tempora iudicantur, videlicet ut prius & posterius. l. si certarum. §. fina. ff. de testamen. milita. & l. conficiuntur. §. si miles. ff. de iure codic. & sic prius per posterius tolletur, vt ibidem latius tradit Gemin. Præterea Marianus Socinus Senior in consil. 7. numero 9. 7 volum. I. loquens de Potestate † nono, qui quolibet semestri in assumptione sui officii iurat seruare statuta in manibus eorum, qui communitatem repræsentant, vel eius qui recipit nomine totius hereditatis, si contra dispositionem talium contrarium directum recipiat, peccat mortaliter, tum ex eo quod venit contra statutum, vt habetur in cap. secundo, de maior. & obidien. tum ex eo quod venit contra iuramentum, quod quidem in forma specifica implendum est, cap. ad nostrum, extra de iureiuran. & cap. debitores, eodem titulo, per glos. in l. si pecuniari. ff. de conductio. ob caus. cuius quidem iuramenti 8 † transgressio grauissimum est peccatum, ita ut non nulli dubitaverint, an sit maius peccatum homicidium, vel iuramenti transgressio, vt late tradit Bartolus in consil. 217. ad declarationem, vel transgressio voti, de quo tradit Diuus Thomas in 2. secunda, quæfio. 89.

C A P. CCCXCII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I Iurans stare mandato iudicis vel alterius, intelligitur de iusto.

I Vrans † vel iureiurando promittens stare mandato iudicis vel cuiuslibet alterius, intelligitur si huiusmodi mandatum sit iustum, vt inquit Decius

in cap. ad hoc, numero secundo, extra de appellationibus & video si iniquum sit, non obstante iuramento iurans appellare potest, vt habetur in d. cap. ad hoc. & facit text. in cap. Quinta uallis, extra de iureiuran. cum similibus, vt inquit etiam Abbas in d. cap. ad hoc, & notat glos. ibi & facit text. in l. si libertus. f. de oper. libert. & in l. fin. ff. qui satisfactio cogant. & est de hoc glos. in cap. nervi, in verbo, à contagione, decimateria distinctio. glos. fin. in cap. 2. extra de maior. & obidien. & in terminis de eo, qui iurauit obedire iudici, tradit Bal. in l. secunda, column a secunda, versiculo, secundo quoties. C. de rebus credit. & facit illud, quod notat Bald. in l. dari. C. de fideicommiss. & in cap. cum M. colum. 7. extra de constitut. & Anton. à Butrio in cap. cum inter P. in fine, extra de iureiuran. & illud, quod notat Alberic. in prima parte statutorum, quæfio. 25. Animaduertendum tamen est quo ad hoc, illud quod dixit Abbas in rubrica, num. 3. extra de iureiuran. ybi de arbitrio loquens inquit, contrarium dicendum videri, vt scilicet etiam si sit iniquum, ei standum esse. diem. §. stari. ff. de arbitr. Verum huic obiectioni, vt ibidem inquit glos. dicit illos, de quibus loquitur ille tex. non fuisse arbitros, vt patet ex d. §. stari. sed arbitratores & amicabiles compositores, quorum laudū ad arbitrium boni viri reduci potest. l. si societatem. §. arbitrorum ff. pro socio. & hanc responsionem probat Hostiensis, & inquit præterea etiam probari per text. ibi, & locum habere in eo, qui iurauit stare mandato, non autem sententia. & subdit ibidem Abbas, notandum esse ex eo tex. quod si promitto stare mandato alicuius, videor eum in bonum virum elegisse & amicabilem cōpositorem, non autem in arbitrum, & ibidem latius ipse prosequitur.

C A P. CCCXCIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I Iusurandum præstandum à singulis, vel à syndico, vel à prelato, vel moniali & similibus, quomodo præstari debeat, & quando obliget.

D Ixit etiam Benedictus Capra in regul. 9. num. 41. 42. & 43. & in primis, num. 14. quo ad tertium concludendum existimat ex iis, quæ tradit glos. in verbo, constitutum, † in negotiis explicandis à capitulo vel vniuersitate, duas partes capitulo seu vniuersitatis præsentes esse oportere: id quod non solum in vniuersitate seculari locum habet, vt patet in l. nulli. ff. quod cuiusque vniuers. nomi. & in l. plane. ff. de decret. ab ordin. facien. sed etiam in vniuersitate ecclesiastica, vt voluit dicta glos. si recte perpendatur, prout ibidem voluit Gofred. Philippus Franchus, Ioan. Andr. Hostiens. & communiter Doctores, & si aliter voluerit glos. in cap. fin. extra de maior. & obidien. & Guliel. Naso in dicto capitulo primo. inquiens satis esse, si maior pars præsens sit: quod ramen iure canonico non probari ait, licet probetur in dicto capitulo primo, maiori parti standum esse.

Licet autem iure canonico non probetur, iure tamen ciuili probatur, duas partes præsentes esse oportere, vt habetur in d. l. plane. & in d. l. nulli. cui sane iuri standum est, cum iure canonico aliter cōstitutum non reperiatur, vt dixit Imola in d. cap. 1. Non est igitur mirum, si iuri ciuili statutum, vt patet in cap. 1.

De Executionibus, Tractatus. §. 9. 1001

cap. primo, extra de oper. novi nuncia. vbi notant communiter omnes. Debent igitur esse præsentes duæ partes de iis, qui vocari debent, vt dixit in eodem cap. primo. *Ioan. And. & Innocen. in cap. cum nobis, de electio.* Licet autem quod duæ partes sint præsentes, vt diximus, opus sit: & regulatiter requiratur, propterea quod illud quod facit maior pars, omnes fecisse videantur, *l. quod maior. ff. ad munici.* & id, vt diximus, non solum locum habeat, vt habetur in d. ca. 1. & in c. *quia propter, extra de electio. cum similib.* sed etiam in seculari, vt habetur in dicta l. quod maior, vbi tradit etiam Bart. & notatur in d. l. plane, prout voluit etiam in dicto cap. 1. Petrus de Perusio, Butrius, Imola, Abbas & Ioan. And. in cap. licet, extra de electio. vbi de hoc tractatur. Et si Imola in dicto cap. fina, extra de maior. & obediens aliter senserit, & ita inquit procedere illud, quod ipse dixit in dicto capit. primo, & pariter etiam ita procedat illud, quod voluit Alanus & Guiliel. Naso supra, & pariter etiam ad hoc facit illud, quod notatur in cap. cum omnes, extra de constitutio.

Hæc autem regula, vt subdit Capra eodem in loco, in pluribus casibus limitatur: & primum in cap. scriptum, extra de electio. & cap. bona, extra de postulat. prelat. propterea quod in eo casu procedit, cum tractatur de admittendo vocem aut honorabilem, ex quo tunc unius contradicatio actum vitiat, vt voluit Compostellanus & Ioa. And. in d. c. scriptum.

Secundo vero casu fallit, quando aliquid à capitulo in certo iuris termino expediendum est, vtputa si capitulum velit in termino iurisdictionis actum expediri, vt videtur in cap. *quia propter. extra de electione.* quandoquidem tunc satis est, si sit maior pars vocationum in fine ipsius termini, prout voluit Innocen. in cap. cum nobis, extra de electio. Immo si sit præfens, etiam quod sit unus solus sufficit, propterea quod in eo ius totius capituli ob aliorum negligentiā residere dicitur, argumento cap. gratum, extra de postulat. prelat. & l. sicut, ff. quod cuiusq; vniuers. nomi. prout voluit etiam Innocen. in d. cap. cum nobis, quem sequitur Imol. in dicto cap. 1. extra de his, quæ sunt à maiori parte capit.

Tertio casu fallit, quando maior pars, aliquid contra illud quod diu fuisse obseruatum à maiori parte, vel duæ vellent aliquid statuere contra illud, quod diu fuisse obseruatum, & à maiori parte statutum apparet, & præsertim si extet antiqua consuetudo, vt dixit Innocen. in dicto cap. cum omnes, extra de constitutio. & eum sequitur Bald. in l. fina. C. de authorita. prestat. & in l. i. ff. de offic. consul. & l. perfundit, ff. de seruitu. rustic. predior.

Quarto limitatur, si maiores, vel maior pars lege prohibente, aliquid facerent: nam quando etiam omnes consentirent, illud tamen non subsisteret, l. iubemus, §. scientes, C. de sacro sanct. eccles. & l. quod maior. ff. ad municipia. Quatenus autem pertinet ad rem propositam, animaduertendum est, quod ad hoc vt capitulum aliquod seu vniuersitas aliquid statuere possit, requiritur vt legitime congregetur, vt notatur in capitulo primo, & secundo, extra de noui oper. nunciat. & tradit Innocen. in cap. primo, extra de maiorita. & obediens. vbi etiam tractatur, quis nam possit capitulum, vel vniuersitatem conuocare, & inquit generalem conuocationem sufficere, vt notatur in l. aliud, §. refertur, ff. de regul. iur. & tradit etiam Bartolus in l. omnes populi, ff. de iustit. & iure, id quod non solum de iure ciuili locum habet, sed etiam

canonico, vt communiter notatur in d. cap. 1. extra de noui ope. nuncia. & in d. capitu. secundo, & in capitu. primo, de concessio. præben. in sexto. & ideo non requiritur, quod absens à loco vbi est actus impedieundus specialiter & nominatim, & ita declarando patet quod absens à loco, vbi est actus expediendus, specialiter & nominatim vocentur: id quod & si regulariter verum sit, attamen alias recipit limitaciones.

Primum in electionibus & collationibus, capit. *quia propter, extra de electio.* vt inquit gloss. in cap. presentium, in verbo ipsorum, de testib. lib. 6. & c. cum in ecclesis, de præben. lib. 6.

Secundo fallit in exceptionibus, vt est tex. in d. c. cum in ecclesis.

Tertio fallit & limitatur, cum canonici cessare volunt à diuinis, in hoc enim absentes vocandi sunt, sicut in electionibus, vt est tex. in cap. quamvis, de offic. delegati, in eodem libro sexto, vbi tradit gl. in verbo euocandi.

Quarto fallit etiam, quando statutū tenderet in præiudicium ipsorum absentium, propterea quod tunc etiam nominatim vocari debent, vt sup. plene dictū fuit. Quæ tamen ita intelligere debemus, si illud fieri possit, vtputa quia sunt in prouincia, iuxta ea quæ notantur in c. canon. & in d. c. quod sicut, extra de electio. & habetur in c. fin. extra de maiorita. & obediens. & ideo stantib. prædictis dixit Dec. in cons. 616. numero 2. parte quinta, iuramentum monialium monasterium non adstringere, vt notat glos. in cap. 1. in verbo, contractu. de in integ. restit. lib. 6. & tradit etiam Calder. in dicto consil. 8. in titulo de iure iurando, & Corn. in consil. 45. in hac consultatione, columna 3. volumine 2. Id autem intelligendum videtur de iuramento particularium: secus vero si omnes collegialiter iurent.

Et ideo Augustinus Berous in consilio octavo, n. 8. vol. 3. inquit vniuersitatem & populum iure iurando sui sindici quo ad spiritualia non ligari, nec etiā quo ad per iurium, sed tantummodo illos qui iurant & mandant, vt singuli, prout etiam nec hæres iuramento ligatur, vt declarat notabiliter Bald. in l. generaliter, C. de rebus credit. & Aret. in dicta authen. sacramenta puberum, columna finali, & Cardin. in elem. 1. §. nos. quest. 3. de iure iurando. Ratio autem est, quia anima solum quo ad reatum per iurum ligatur, cuius occasione quis forum iudicis ecclesiastici sortitur, vt habetur in c. fin. de foro competen. lib. 6. Sed vniuersitates & collegia anima carent, vt voluerunt Innocen. & Bald. in cap. grane, extra de senten. excommunic. vt à natura manifeste appetit. Præterea alioquin consequeretur, quod ex iuramento syndici pupilli & infantes aliique ipsius vniuersitatis ligarentur, qui quidem non iurauerunt: quod sane dicendum non est: & ideo sicut his rationibus vniuersitas ex facto syndici & hominum excommunicari non potest, cap. Romana, §. in vniuersitatem, cum ibi notatis, de sentent. excommunic. libro sexto. pariter non poterit iuramento syndici spiritualiter ligari, non solum rationibus prædictis, sed etiam quia iuramentum quo ad reatum & spiritualia, est quid spirituale, & non transit ad aliam personā, quæ etiam iuris fictione eadem esse censetur, vt est hæres, vt supra late de hærede diximus. Vniuersitatis autem alia dicitur persona à singulis ipsis vniuersitatis, capitu. cum omnes, cum ibi notatis, extra de constitutionibus; & l. sicut,

sicut. ff. quod quisque vniuers. nomine. cum similibus. ergo ex iuramento syndici & hominum ipsius vniuersitatis spiritualiter ligari non potest, & ex consequenti nec coram iudice ecclesiastico conueniri. & ideo sicut heres hac eadem ratione potest propria authoritate absque metu periurij, & non impetrata absolutione contra defuncti iuramentum venire, vt voluit Ang. in Authent. de iureiuran. à morien. præfito. & Innocen. in dicto cap. veritas. & Bartol. & Baldus in dicta l. generaliter, & idem Baldus in authent. ad hæc columnæ secunda. C. de vñsur. & Ludouic. Bologn. in consilio 45. qui plura ad hoc allegat, cum similibus adductis per Alexandrum in dicta l. prima, in additione ad Baldum. C. de rebus credit. & per Baldum in dicta authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. & in l. testia. C. plus valere quod agit. Pariter etiam & vniuersitas absque metu periurij contra syndici iuramentum ire potest, & quorundam hominum, etiam quod esset maior pars, cum militet eadem ratio, vt supra, & tradit Aret. in dicta authent. & Baldus in dicta l. generaliter, hac in re parificat heredem & vniuersitatem. Hæc autem comparatio seu similitudo, exidentitate & similitudine rationis prouenire dicatur. Et ex prædictis tolluntur quædam, quæ in contrarium adducuntur, videlicet quod ex quo syndicus cum mandato hominum societatis & vniuersitatis iurauit, vniuersitas ipsa ob ipsum mandatum iuramento ligetur: & non solum illa vniuersitas & societas, quæ tūc erat, sed ea etiam, quæ hodie existit: nam eadē hodie esse censetur, quæ tunc erat, argumento l. proponebatur, cum simil. ff. de iud. Ad hoc n. respōdetur, verū non esse vt syndici iuramento vel hominū ipsius vniuersitatis ligetur, præterquam ad temporalia: non autem quo ad spiritualia, nec quo ad animam, & ex consequenti quo ad reatum periurij, cuius causa quis forum episcopi & ecclesiasticum sortitur, quam in negocio principali coram laico supersederi debet, argumento eius, quod dictum est de herede, & alius supra deductus: quandoquidem sicut heres ex iuramento defuncti, ita & vniuersitas iuramento syndici non ligantur, nisi quo ad temporalia, non autem quo ad spiritualia, vt ait Bald. in l. generaliter, & in dicta l. prima, cum alius supra deductus, post Ioan. And. & Geminia. & alios in dicto cap. fin. & præfertim quia iufamentum prælati & legitiimi administrator bonorum ecclesie & loci religiosi, non dat robur cōtractui, cum ecclesia iuramentum illud seruare teneatur, vt dixit Bald. in §. item sacramenta, in titulo de pace iuramen. firman. in vñibus feudo. & Ioan. And. in cap. grauis ff. depositi. & Alexand. in l. qui Romæ. §. duo fratres, car. penult. ff. de verborum obligatio. Et si prælatus & administrator, qui iurauit quo ad se & personam suam illud obseruare teneatur. Ratio autem est, quia iuramentum est personale quo ad reatum criminis & periurij, dicto cap. veritatis. cum alius supra deductus. & ita intelligantur secundum Beroum ea, quæ notauit Abbas in cap. seconde, in ultimis verbis extra de iureiurand. dum vult, prælatum contra proprium iuramentum suum ire posse ad fauorem & commodum ecclesie absque superioris absolutione. Præterea quod iuramentum non liget ex parte iurantis successoris animam, tradit Geminia in cap. quamvis, numero quarto, extra de pact. libro sexto, & idem dixit Imola in cap. dilecti, nu. 8. extra de maior. & obedien. Præterea redeundo ad iuramentum à moniali vel quolibet alio religioso

præstitum, ad hoc vt actum non firmet, collegiat. ter præstandum est, vt inquit Corneus in cons. 243. numero quarto, volum. secundo, dum inquit, non obstatre quod in alienatione reuum ecclesiasticarum iuramentum interuererit, vbi constat iuramentum à monialibus collegialiter præstitum non censer, cum iuramentum animam respiciat, quam collegium plane non habet, argumento cap. Romana. §. vniuersitatem, de sentent. excommun. libro 6. vt latius ipse ibidem tradit.

Præterea Augustinus Berous in consilio 92. numero octavo, cum sequentibus, volumine primo, de iuramento syndici loquens, vltra prædicta inquit, tale iuramentum efficere vniuersitatem maiorem, & sic vt loco maioris habeatur, & ideo recte cum ea contractū dicatur: & ita vt vniuersitas in integrum restitui non possit, & si quo ad ecclesiam id aliter fere habeat: quandoquidem quo ad ecclesiam id non efficiat, cum vt loco maioris habeatur ecclesia iureiurando fieri nō possit, quin ipsa contravenire possit, & restitutionem in integrum petere, vt est gloss. clara quam sequuntur ibidem omnes, in cap. primo, de in integ. restitut. libro 6. quam sequitur Abbas in cap. primo, eodem titulo, & est communis conclusi. Quæ sane gloss. vult, eundem qui iurauit homine ecclesie contravenire posse, & restitutionem in integrum petere, etiam quod iufauerit non contravenire, nec restitutionem petere. quod sane inquit diligenter notandum esse. Voluit etiam idem Berous in consilio 28. numero sexto, cum sequen. volum. primo, vt iuramentum à monasterio seu omnibus monialibus legitime & capitulariter congregatis interpositum, licet monasterium non obliget ad reatum & periurium, ex quo monasterium animam non habet, vt dixit glo. in cap. dilectus, il seconde, extra de simonia, & in cap. Romana. §. in vniuersitatem, de senten. excommunicatio. libro 6. obligat tamen quo ad validitatem & obseruantiam contractus & promissionis, vt voluit Bald. in dicta l. generaliter. C. de rebus credit. & in dicto cap. presentium, de testibus, libro 6. Moniales autem ipsæ, quæ iurauerunt, iureiurando ligantur ad illud obseruandum & periurij reatum, vt habetur in dicto cap. presentium, cum gloss. & notariis ibidem Doctores, & Bald. in dicta l. generaliter. & ideo proprio iuramento contravenire non possunt, sed illud in forma specifica adimplere & obseruare debent, dicto cap. debitores, & capit. ad nostram, il primo, cum ibidem notatis, extra de iureiurando. cum iureiurando monasterio prædicare possint, quando sumus in acquirendis, licet aliter dicendum sit de iam quæstis, vt voluit Abbas in capitulo dudum, extra de conuers. coniugat. super gloss. in versic. aliquando. & tradit Ioann. Andr. in cap. delictum, de reg. iur. libro 6. & cap. cum venerabilibus, extra de exceptio. & in capit. constituit. 16. quest. fin. & 20. quest. 3. iunctio. iis, que notauit gl. in c. si episcopum. 16. q. 7. & Abb. in c. 1, colum. 3. extra de dolo & contum.

C A P. CCCXCV.

A R G U M E N T U M.

Iuramentum contra ecclesiæ vtilitatem neminem obligat.

S V M M A R I A.

I. Iuramentum afferens prejudicium ecclesiæ, non ligat iurantem.

2. Iura-

- 1 Iuramentum non obligat administratorem ecclesie.
- 2 Iuramentum subsistit, quatenus concernit honorem & praividicium prelati, non aliter.
- 3 Iuramentum primum, quando praividicet ecclesie.
- 4 Praelatus si iuret in suo contractu non contrauenire, nec petere restitutionem in integrum, predictatum potest, si ecclesia sit lesa.
- 5 Praelatura titulum ab se abdicare praelatus etiam in reiurando non potest.
- 6 Iuramentum praividicat praelato in his, que pertinent ad mensam suam.
- 7 Praelatus si habet feudum pertinens ad mensam suam, fellonia ei praividicat.
- 8 Iuramentum praelati nocet ei, ubiunque praividicium est separabile.

Omittendum etiam non est, Abb. in cap. si quis, numero septimo, extra de rebus eccles. alien. vel non, in gloss. in verbo, aliena. in fine. iuramentum † contra commodum & utilitatem ecclesiae iurantem non ligare, propterea quod peritrium potius dicatur non iuramentum, & ita id verum est, ut procedat etiam quando per alium ecclesiae indemnati consuli possit, ut est textus in capitulo primo, extra de his, que sunt à maio parte capituli. & cap. peruenit, extra de iureiurando. Nam iuramentum ad ini-quitatem iurantem non obligat, ut habetur in cap. quanto, extra de iureiurando. Quinimo nec sane ec-clesie administratorem † obligat, quin in integrum restitutionem petere posse, prout voluit gloss. in capitulo primo, de integr. restitutio. libro sexto. Ad capitulo. autem, cum venissent, de quo gloss. opponit ibi, late respondet, ut tale iuramentum tunc iuranti præ-3 iudicet, † quatenus honorem ac prælati prævidicium concernit, & de hoc late tradit Felin. in capit. secundo, versicul. ad secundum de iuramento, extra de iureiurando. Vbi attingit, an iuramentum prælati in ecclesiae prævidicium obliget. Præterea hanc eandem conclusionem, quod iuramentum in ecclesiae prævidicium non obliget, tradit iterum Abbas in cap. grauis, numero tertio, extra de censibus. vbi expre-4 se notat, iuramentum presbyterum in prævidicium ecclesiae non ligare, id quod voluit etiam Antonius Butrius in capitulo primo, numero nono, extra de his, que sunt à maio. parte capit. & iterum Abbas in dicto capitulo cum venissent, numero decimoquarto, ex-tra de insitut. dum inquit in gloss. in verbo, abiuras-
se, iuramentum à prælato præstitum super rebus ecclesiae subsistere, quatenus prælato prævidicat, non autem quatenus ecclesiae prævidicium contineat. Et ideo deinde subdendo inquit Hostiens. ibi & Abb. Antiquum aliter ibidem sentire. Videntur namque ita distinguere: Aut prælatus indebit alienavit ecclesiae iura absque iuramento, & tunc possit omnino contrafacere vel venire, & ea iura deinde ecclesiae nomine repetere, ut habetur in d. capit. si quis presbyterorum, extra de rebus eccles. non alien. Aut vero cum iuramento alienavit. & tunc si in sua institutione iurauit non alienare, tunc pri-mum † prævidicat secundo, & ideo secundo iura-mento non obstante contrafacere & venire potest, ut habetur in capit. intellecto, extra de iureiurando. Aut vero prius uon iurauit non alienare, & tunc iusfirandum eum ad non contrauenientum adstringit, dummodo tamen ab alio ecclesiae consuli possit: & in eo casu inquit intelligere text. in dicto cap. cum re-

nissent. si vero ab alio ecclesiae consuli non potest, & in eo casu contrafacere & venire potest, ne eius iusfirandum ecclesiae prævidicium afferat. Subdit tamen deinde Panorm. hæc vndeque vera non esse: inquit tamen in primis ad glos. notabilem in contrarium recurrendum esse, in cap. primo, extra de in integr. restituio. dum inquit, † quod si prælatus in contractu iurauerit non contrauenire, nec in integrum restitutionem petere, si tamen ecclesia le-sa sit, eo iuramento non obstante in integrum re-stitutionem petere posse. id autem ea ratione com-probari existimat, quia prælatus antequam ecclesie administrator sit, suo iuramento se ipsum ad ec-clesiam ipsam non administrandum obligare non po-test, prout enim sponte ab se titulum prælature abdicare † non potest, vt habetur in capitul. quod in dubio, & in cap. venientes, extra de renunciatio. & l. legatus. ss. de offic. prefid. ita etiam subsistente titulo obligare non potest ad non administrandum, fi-deliter iura ipsa ecclesiae, vt de hoc videtur te-xitus in dicto capit. peruenit, extra de iureiurando. vbi se-cundum vnam lecturam probatur, iuramentum præ-latum quominus possit repetere bona ecclesie non adstringere. & ideo subdit ibidem Panor. Butri. ibi gl. adhærendo, hæc distinctionem facere. Aut enim, inquit ipse, Prælati prævidicium à prævidicio ec-clesiae separari potest, & tunc iuramentum subsistere, quatenus prælato prævidicium & damnum affert: si vero prævidicium est inseparabile, vtputa q̄a præ-lato prævidicare nō potest, quin etiam ecclesie da-minum & prævidicium afferat, & tunc iusfirandum obligatorium non est. Vnde redeundo ad rem no-stram, ex quo iura de quibus in eo tex. quandā ipsius prælati honorificentiam & dignitatem, aur præ-eminentiam contineat, & tunc iusfirandum præla-to prævidicat, non autem dignitati: si vero tunc de-re ecclesiae temporali, & tunc iuramentum non subsistit, propterea quod ea re priuari non potest, quominus etiam ecclesie damnum & prævidicium inferatur. Subdit tamen Panorm. ad huiusmodi ex-emplum animaduertendum esse, propterea quod tam generale non probat, † vtputa quando super re corporali duntaxat Prælato prævidicium inferri potest: vt put̄ si res pertinebant ad suam men-sam tantum: nam in eo casu eius abiuratio valet: nam post eius mortem dignitati prævidicium non fieri, ut est optimus text. in vers. feudo, col. 10. l. de capit. Conrad. capit. primo, vbi exprelle habetur, quod si Prælatus habeat feudum, quod ad eius † mensam pertineat, & felloniam committat, hoc est deli-catum aliquid contra dominum, licet eo viuente ei feudum auferatur, dignitati tamen prævidicium non fit, cum post eius mortem feudum illud ad ec-clesiam reuertatur. id quod notat etiam in capitulo veniens, extra de transactio. nam si prælatus transi-gendo laedatur in bonis ad suam mensam pertinen-tibus, eo viuente, transactio ei prævidicat. si autem ecclesiae onera ferre nō possit, ob reddituum dimi-nutionem, tunc ecclesiae nomine contrafacere & & venire potest, ut inquit Hostiens. in dicto capit. veniens. & ideo subdit ad rem nostram reddeun-do, concludendum † vt ubique prævidicium prælati à prævidicio ecclesiae separari potest, iu-mentum ab eo præstitum ei nocere. non at-tem ecclesie. At secus vbi prævidicium separa-bile non est, vtputa quia omnia bona commu-

C A P . C C C X C V I .

A R G U M E N T U M .

Iuramentum contraueniri potest ex iusta causa superueniente, per causus examinatum.

S V M M A R I A .

1. *Iuramentum ex iusta causa non obligat, etiam superueniente.*
2. *Conductorem non expellere iurans, intelligitur, si conductor ex parte sua promissa seruauerit, & canonem soluerit.*
3. *Iuramentum semper intelligendum est, secundum naturam actus in quo interponitur.*
4. *Monetam aliquam si quis soluere iurauerit, si deinde mandato superioris ob eius commodum in aliam formam constata sit, eius existimationem soluere potest.*
5. *Vxorem aliquam ducere iurans, eam ducere non tenetur, si illa fornicationem seu adulterium commiserit.*
6. *Soluere qui emisit factio creditoris, periurium non incurrit.*
7. *Compensatio non admittitur, nisi de ea opponatur ab homine.*
8. *Panam euitat non soluens factio creditoris impeditus.*
9. *Statutum, non permittens opponi exceptionem nisi solutionis, non impedit exceptionem compensacionis.*
10. *Emphyteuta si non soluit, sed est paratus compensare a caducitate excusatur.*
11. *Iuramentum non impedit ius agendi ex noua causa.*
12. *Periurus non efficitur, qui iuramentum non seruat legitima superueniente causa.*

nia sunt, & ipse contrahendo in damnum ecclesiæ iuravit. Illud enim iuramentum tunc non subsistit, vt habetur in dicto capitulo peruenit, cum similibus, & est optimæ glossæ in clementi, vnica, de integræ restitutio, dum quærit, an capitulum si laudatur, restituendum sit. Et ulterius, quid de ipsius capituli personis dicendum sit. Præterea hanc eandem conclusionem firmauit Augustinus Berous in capitulo primo, numero 148, extra de integræ restitutio, & inquit iuramentum Prælati ecclesiæ non obligare, vt ibidem late discussit eidem scilicet rationibus, quod ecclesia animam non habeat, ita ut proprio iuramento contrafaciat. Quinimo ibidem, num. 151, nullum iuramentum in damnum & præiudicium ecclesiæ Prælatum ligare, propterea quod in eo casu iniquitatis vinculum diceretur, cōtra textum in capitulo cum quidam, extra de iure iurant. & rursus idem Augustinus Berous in dicto capitulo primo, numero 149, extra de restitutio, in integræ primis arguit cōtra, ex eo quod iuramentum Prælati, ecclesiæ iuramentum dicatur, argumentum textum, in capit. scire, 7. quest. prima, cum iis, qua ibi notantur. Secundo ex eo quod si omnes alicuius vniuersitatis iurent tali iuramento vniuersitas ligatur, vt dixit Baldus post Bartol. in l. generaliter. C. de rebus credit, & Aret. in dicta authent. sacramenta puberum. C. si aduersi vendit. Ergo pariter prælatus iurando, ecclesiæ obliget. Tertio mouetur ex eo, quod iuramentum omni meliori modo, &c. ligat, & ideo si non vt agitur, saltem vt valere vt supra late diximus & habetur in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. secundo. ergo idem pariter & de Prælato dicendum videtur, vt ita ligetur, vt de facto contravenire non possit, & si de iure posse videatur: & præsertim cum aliter ecclesiæ subueniri potest, vt puta, quia per alios contrafacere & venire potest, capit. si quis presbyterorum, extra de rebus ecclesiæ non alienan. & capit. non liceat, 12. quest. secunda. & ideo à Prælato præcise, & eo modo quo potest, seruari debet. capit. cum contingat, & cap. ad nos iram, extra de iure iurant. & quod Prælatus contravenire non possit, videtur textum, & ibidem glossæ in capitulo monemus. 12. quest. secunda, & in capitulo cum venissent, extra de institutio. vbi glossæ in verbo, abiurasse. Prædictis tamen non obstantibus Augustinus Berous contrarium firmat, vt scilicet Prælati iuramentū ecclesiæ non obliget, vt ibidem latius per eum. Præterea hac eadem de re loquitur Abbas in capitulo secundo, columnæ secunda, versicul. ad secundum de iuramento. vbi concludendo inquit ius iurandum Prælatum ligare posse in præiudicium ecclesiæ, vt ibidem tenet Felyn. num. 4. versic. ad secundum de iuramento. Hanc tamen conclusionem limitat, si res alienata ab alio recuperari potest, vt supra diximus, & voluerunt Innocent. Bald. Butrius, Cardin. & Imola in dicto capitulo secundo, licet Abbas ibidem in col. fin. vers. ego dico. contrarium voluerit, & tradit Felyn. in d. c. 2. vers. hanc conclusionem, in eadem col. n. 5.

Secundo limitatur, quando agitur de præiudicio solius Prælati: Nam tunc iuramentum ecclesiæ non obligat, vt inquit Felin. in dicto capit. secundo, versic. & limita, nisi agitur, numero sexto, item Afflie. in libro tertio, de feudis in capitulo vnico. §. sacramenta, in gl. 4. numero 62. in titulo de pace iuramen. quærens, an iuramentum prælati contrahentis pro ecclesia det vllum robur contractui minus solemniter celebratio. & inquit nō dare, per ea quæ notauit Ioan. And. in c. grauis, in Nouellis, extra de deposito.

Iuramentum sane vt ex iusta ac legitima causa non obligat: & ideo huiusmodi superueniente causa contra fieri potest, vt inquit Augustinus Berous in consilio 148. numero quinto, votum in primo. Quando autem id verum sit, tradit ibidem Berous, numero nono, per ea, quæ tradit Bald. in l. & si se uerior. C. ex quibus causis infam. irroget. & melius habetur in l. fin. C. de non numer. pecun. tradit glossæ. & tradit Innocent. in c. quemadmodum, extra de iure iurant. in capitulo ne quis, in fine, cum glossæ. 22. quest. 2. cum similibus. Vnde est, vt si quis conductorem aliquem non expellere iurauerit, intelligatur si talis conductor ex parte sua promissa seruauerit, & canonem seu pensionem soluerit: alioquin eo non seruante nec soluente, potest conductor expelli iuramento non obstante. Ratio autem est, quia iuramentum semper interpretatur secundum naturam illius actus, cui accedit, vt habetur in dicto capitulo quemadmodum, vt ibidem notat Abbas, & habetur etiam in dicto l. si. C. de non numer. pecun. subdit tamen ibidem Berous, num. 9. id tunc verum esse, quotiescumque talis causa vel ius superueniens ex defectu seu facto vel culpa iuramentum recipientis, vel aliunde prouenit, non autem ex facto & culpa ipsius iurantis, & ita procedat omnia supra deducta, vt patet ex exemplis traditis: ac etiam colligitur ex notatis per glossam in vers. oculos. in d. capitulo quemadmodum, vbi est textus clarus. & tradunt Abbas & Hostiens. & alij in capitulo peruenit, il secundo, extra de iure iurant. & facit etiam tex. in l. cum quicq;

quis, in princ. ff. de solut. Quem text. deducit Bald. in dicta l. fin. Nam si Doctor per annum quodam deputato & conuento salatio legere iurauerit, intelligitur si ei tale salarium soluatur; si enim ei non soluatur, suo iuramento contrafacere & venire potest. Secus vero si causa deinde ex facto & defectu iurantis superueniat: quandoquidem ob illam causam iurans contrauenire non potest: alioquin in iurantis potestate esset propria authoritate proprio iuramento contrafacere vel venire, procurando facto suo nouam causam vel ius superuenire, & ideo dixit 4 Bald. in dicta l. fin. quod si quis † quandam monetam soluere iurauerit, quæ deinde superioris mandato ob eius comodum & vilitatem in aliam formam confusa sit, eius estimatione soluere, quæ tunc erat, soluere debere: alioquin in perjurium incideret. Nec etiam ex eo quod fuerit in aliam formam confusa iureiurando suo contrauenire poterit & solutionem denegare. Præterea subdit etiam facere illud, quod clare insertur ex text. in dicto cap. quemadmodum. vbi habetur, sponsum qui iurauit † quandam in vxorem ducere, eam tamen ducere non tenetur, si (vt supra diximus,) fornicationem seu adulterium commiserit: Nam etiam quod eam duxisset, dimittere posset. Vnde inferatur, quod si sponsa fornicationem commiserit facto vel culpa sui viri seu sponsi, utputa mediante eius lenocinio, non possit vlo modo proprio iuramento contrauenire: quinimo eam ducere tenetur: quandoquidem in eo casu vxorem iam ducere non dimitteret, nec eam de adulterio accusare posset. l. viro. & l. cum mulier. ff. soluto matrimonio. & notatur in l. ita nobis. C. de adult. & tradit etiam Hossiens. in summa, in §. qualiter, in tit. de adult. & facit in simili illud, quod voluit gloss. in l. fin. in fin. ff. de his, que in infraud. credit. dum vult, debitorem non gaudere beneficio cessionis bonorum, sed in solidum usque ad sacculum & peram conueniri posse, quoties do-lo & fraude sua non soluendo efficitur. Verum tamen esse non videtur, vt si iusta causa superueniat ex aliquo accidenti contrauenire non possit: nam illud quod dicitur de moneta, ideo esse videtur, quia illam summam promisit: & ideo dixit Gozad. in consil. 169. num. 1. & 7. quod si fortasse quispiam alicui non soluat, quando econtra illi tantundem debet, dicitur ab eo impeditus, cui soluere debebat: nam ei ideo non soluit, quia nec ille, cui soluit 6 debet, ei soluit, & ideo quasi facto † suo impeditus in perjurium incurtere non debet: argumen-to text. in l. 3. circa principium. ff. de statu liber. & idem tenent ibid. cum Bart. Ang. Raph. Cuman. & Paul. Caltr. & iterū Bar. in l. Julianus. per illum tex. ff. de condition. & demonstrat. & Ioan. Fab. in §. in bona fidei, Institut. de action. vbi etiam voluit vt ille qui soluere iurauit intra quoddam tempus, etiam qui nihil de compensatione apponat, à perurio tamen excusari præterea quod licet compensatio † non ad- 7 mittatur, nisi de ea opponatur ab homine, † limitatur tamen quo ad euadendum à poena, vbi lex ipso iure compensationem inducit, vt dixit gloss. & eam sequuntur Doctores in l. si constat. C. de compen-sat. Hanc Bar. opinionem sequitur etiam Abbas in dicto cap. ad nostram, & rursus idem Abbas in cap. cum dilectus, colum. 12. extra de ordine cognitio. & Bald. in dicto cap. ad nostram, & idem tenet Alexand. in consil. 12. viro themate, colum. 5. volum. 2. & facit illud, quod di-

xit Angel. in consil. 209. quidam nomine. vbi consuluit, quod si statutum † non permittat opponi, nisi exceptionem solutionis, potest tamen etiam compensationis exceptio opponi, vt dixit etiam Alexand. in dicto consil. 12. colum. penult. volum. 2. & facit text. in l. si debitor, in fine ff. qui potior. in pignor. habeantur, ibi, neque enim interest soluerit, an compensauerit, & ideo dixit Speculat. & sequitur ibidem Ioan. And. in tit. de locato. §. nunc aliqua, versic. vigesimono. † quod emphyteuta si nen soluat, sed compensare paratus sit, ab ipsa caducitate excusat, & hanc conclusionem sequitur Alberic. in l. secunda. C. depositi. Quinimo dixit Imola in dicto cap. bonafides, id procedere etiam si emphyteuta nihil oponat de compensatione, præterea quod ad euitandam poenam fit compensatio ipso iure, vt dixit gloss. & sequuntur Doctores in dicto l. si constat. C. de compensat.

His tamen non obstantibus Gozad. in consil. 69. numero 4. contrarium tenuit, cuius & ego quoque opinionis eram, ea potissimum ratione, quod hæc conclusio multis aliis conclusionibus in hac materia iuramenti supra firmatis repugnare videatur. Prima est, quod iurans soluere usuras, prius soluere debet, & deinde repetere: & ideo pariter in casu nostro, vt prius omnino soluere teneatur, dicendum videtur, non autem compensando libetur. Secunda conclusio, cui præcedens repugnare videtur est, quia iuramentum in forma specifica adimplendum est. Item tertia est, quod iuramentum semper seruandum est, vbi seruari potest sine interitu seu dispendio salutis æternæ, vt est in casu nostro, casu quo soluat, possent etiam quamplures aliae conclusiones referri, quibus præcedens conclusio repugnare videtur, & latius in his terminis tradit ibidem Gozad. Præterea confirmatur ex eo, quod Imola in dicto cap. ad nostram, il primo, num. 3. extra de iureiur. notat ex eo tex. † iu- 8 ramentum ius agendi non impendre ex noua causa, & ideo iuramentum de non repetendis usuris ad eam causam refertur, quæ iuramenti tempore subsistit, non autem ad causam extortam post iuramentum, & inquit ad hoc facere illud, quod habetur in cap. cum iter, extra de renunciat. & in cap. ad au-dientiam, extra quod metus causa. & in cap. tuas, ex-tra de usur. Dixit præterea Abbas in cap. veritatis, num. 39. extra de dolo & contumac. † quempiam in 12 perjurium non incidere, si iuramentum legitima causa superueniente non seruet. Et Barth. Cæpolla in l. nominis. & rei. §. verbum, ex legibus, num. 21. ff. de verborum & rerum significationib. in his terminis in-quit licere iuramentum ex emergenti causa trans-gredi, vt notauit Innocent. in cap. 1. extra de consti-tut. & Bal. in l. & si seruier. C. de his, qua notantur infam. & in l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his, qui no-tant infam. Præterea quod iuramentum ex causa vñ careat, tenuit Alciat. in consil. 404. num. 7. cum sequens & in consil. 127. num. 3. & Ioan. Maria. Riminald. in consil. 183. num. 45. vol. 2. inquit iusserendum non obli-gare, quando causa ob quam donatio facta est, desili-nit, d cap. quemadmodum, extra de iureiur. & cap. 2. eodem tit. & per illum text. ita concludit Bald. in l. fin. C. de non numer. pecun. declarando text. in l. quero. §. inter-locatorem. ff. locati. & iterum idem firmavit in l. fin. ff. qui satisf. cogant. & firmat etiam Butr. in cap. fin. ex tra ne Prelati vices suas.

C A P. CCCXCVII.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum an contractum variabilem reddat invariabilem per causu discutitur.

S V M M A R I A.

1. *Iuramentum super actu alias libero & variabili, illum non reddit necessarium & immutabilem.*
2. *Successorem habere in totum vel in parte, pendet à mero arbitrio decedentis.*
3. *Instituere quis quemlibet potest, dummodo non sit persona prohibita.*
4. *Pactum de succedendo etiam cum iuramento, necessitatem imponere non dicitur, ut ab eo recedi non possit.*
5. *Legem sibi quis imponere non potest in his, quæ pendent à sua mera voluntate.*
6. *Statutum iuratum reuocari potest.*

Fuit etiam alias conclusum, vt inquit Socin. iun. in consil. 44. num. 28. vol. 2. † An iuramentum a-ctui alias libero & variabili præstitum eum necessarium reddat vel immutabilem, propterea quod tunc contra actus substantiam præstitum videatur, vt voluit Bart. in l. cum precario. ff. de precar. & tradit Barbat. in rub. extra de reb. eccles. non alien. Hanc præterea conclusionem firmavit etiam Iason in l. si mihi & tibi. §. in legatis. col. 3. versic. addo fortius. ff. de leg. 1. & ideo infert, † quod quempiam in successorem habere in totum vel pro parte, à mero pendet arbitrio decedentis, propterea quod potest in suo † testamento quemcunque voluerit instituere, dummodo tamen persona prohibita non sit, & in eo potest quandocunq; variare, cum ambulatoria sit testatoris voluntas usque ad mortem. l. quod si iterum. ff. de adimen. legat. & l. cum hic status. §. ait Oratio. ff. de donat. inter vir. & vxor. cum similib. Ergo consequitur, vt in hoc nemo sibi legem imponere possit, etiam iureiurando, à qua recedere non possit: alioquin iuramentum iuper actu libero & variabili impositum eum redderet necessarium & immutabilem contra naturam & substantiam ipsius actus.

4. Et ideo dixit etiam, † quod pactum de succedendo etiam iuratum necessitatem imponere non dicitur, ita vt ab eo recedi non possit, & ideo consequens est, vt in tali pacto non obstante, nec etiam iureiurando quispiam alium hæredem vniuersalē instituere possit & ad quicquā pæcti occasione non teneatur. Et ideo Socin. sen. in consil. 5. 8. num. 6. vol. 3. inquit regulam esse, † vt in iis quæ à mera mea voluntate pendent, mihi legem imponere non possum, quin ad libitum reuocare possim, vt dixit Bart. d.l. cum precario. ff. de precario. Et ideo dici solet, vt si quispiam iurauerit testamentum non reuocare, & si incidat reuocando in periurium: attamen omnino reuocare posse, vt dixit Bald. & sequuntur communiter Doct. in l. si quis in princ. testamente. ff. de legat. 3. & Cynus & Bal. in l. 1. versic. sed pone, testator. C. de sacrosan. eccles. & Iason. And. in cap. quod semel, de reg. iur. lib. 6. & de hoc supra satis late dictum est. Mouetur autē Socin. eo in loco, quod iuramentum super actu libero appositum eum necessarium non reddit, &

de hoc inquit esse gl. in c. ultima voluntas. 13. quest. 2. prout etiam in contractu mandati, vt ipse subdit, si quis iurauerit procuratorem non reuocare & reuocet, talis reuocatio subsistit, licet iurans in periurium incurrat, vt dixit gloss. singularis in cap. fin. de procurat. lib. 6. & tenuit etiam Ang. in l. perpetuam. ff. de procura. & in consil. 267. Martinus de Florentia, & ita etiam decidunt in constitutione vicarii Ioan. And. & Butrius in cap. penult. extra de offic. vicar. & ideo dixit Bart. notabiliter, † quod statutum etiam iuramento vallatum reuocari potest, & si ille qui reuocat in periurium incidat, vt habetur in cap. cum contingat, extra de iureiur. & iterum idem dixit Bartol. in l. omnes populi, in 3. quest. principali. ff. de iustit. & iure. & ideo infert ad speciem, de qua ibi, quod Princeps priuilegia vel gratias reuocare potest, prout & ipsa statuta & rescripta, vt dixerunt Nicol. de Matarel. & Bal. Nam habet liberas reuocandi habendas, non obstante iuramento, etiam quod in periurium incidat, & ideo dixit etiam Curt. sen. in consil. 52. num. 22. quod iurans nunquam reuocare, reuocare potest, licet in periurium incidat, vt dixit Oldrad. in consil. 160. Titius condidit, & Iason. And. in mercuria. in cap. quod semel dereg. iur. lib. 6. & in addit. ad Specul. quem sequitur Bal. contra Specul. ibidem, in tit. de instrum. edit. §. compendiose, versic. quid si quis iurauerit. & Cynus & Bal. in l. 1. versic. sed pone, quod testator iurat. C. de sacrosan. eccles. dum inquirit iuramentum appositum actui libero, actum illum necessarium non efficere, & ita inquit dixisse gloss. in d. cap. ultima voluntas. 13. quest. 2. & Bart. & communiter Doct. in d. l. si quis in principio testamente. ff. de legat. 3. & Bart. & Bald. in l. si duobus. §. item respondit, societatem. ff. pro socio. & iterum Bart. & communiter omnes in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbis. obligat. & iterum Bart. in l. si quis in quilinos. §. fin. ff. de legat. 1. post Bart. ibidem, & Bald. in l. non dubium. C. de legib. & iterum Bart. & Angel. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & in l. cum lex, in eodem tit. & Bald. Butr. Imola. & Panormit. & communiter Doct. in d. cap. cum contingat, extra de iureiur. & Bald. rursus in l. eam quam. C. de fideicommiss. & in cap. presentia, extra de probat. & Bald. & Aluarot. in cap. vnico. §. item sacramenta, in tit. de pacie iuramento firmat. & Bald. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. & in l. pactum, quod dotali. C. de pact. & Panormit. in cap. intellecto, extra de iureiuran. & in consil. 18. vol. 1. & Angel. Aret. in §. ex eo. Inſtit. quibus modis testamen. infirmen. & Bald. & Angel. in auth. hoc inter liberos. C. de testamen. & Salyc. in l. sancimus, quest. 7. in eodem tit. & Imola in d. cap. dilecto, extra de preben. & si, vt inquit Alexand. in d. consil. & Bart. in d. l. si quis in principio testamente, & in d. l. stipulatio hoc modo concepta, & in d. §. idem respondit, societatem. & Bald. in d. §. item sacramenta. & in addit. ad Speculum in d. tit. de instrum. edit. & Ias. in l. si mihi, & tibi, in 2. lectura. num. 11. ff. de legat. 1. expresse vult, vt iuramentum interpositum super actu libero, eum necessarium non reddat, vt notabiliter dixit Bald. in l. 1. col. fin. C. de sacrosan. eccles.

C A P. CCCXCVIII.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum assertorium neminem lædenis aut damnificans non inducit periurium.

S V M-

S V M M A R I A.

1. *Iurans rem valere centum, etiam quod plus valeat, in periurium non incidit.*
2. *Id quod nihil est, utiq; minus est.*
3. *Quod plus est, utiq; tanti est.*
4. *Dictio taxativa, tantum, quando in iuramento non subintelligatur.*
5. *Petentur si ab aliquo decem, & iuretur, & deinde debeat quinque, an in periurium incidat.*
6. *Totius appellatione, in iudicio pars continetur.*
7. *Juratur ubi super toto, tollitur omnis actio.*
8. *Iurans de facto suo, potest conueniri de facto defuncti.*
9. *Iudex non debet admittere probationes super facto iurantis, & sic super articulo impertinenti & deciso.*
10. *Iuramentum super facto porrigit effectum suum in omnibus concernentibus factum ipsum, vel ab eo descendentibus.*
11. *Iuratum in dubio intelligitur super toto.*
12. *Iuramento statut, siue sit super toto, siue super parte.*
13. *Iurans super facto, videtur iurare superto.*
14. *Confitens factum, videtur fateri etiam ius.*
15. *Iuramentum praestitum de pluri, non transit in formam iuramenti quo ad minus.*

Quemadmodum illi qui iurat super factum suum in iuramento, qui iurat rem valere centum, quæ tamen plus valeat periurus dici possit, & in periurium non incurrente. Res namque, quæ pluris est, utique tanti est. Et alibi dicitur, id quod nihil est, utiq; minus est. *I. secunda ff. de eo, quod certo loco.* Eridem ibidem tenet Alberic. scilicet in dicta *I. cum furti, num. 1. ff. de in litem iuran.* an ille, qui iurat rem valere centum, quæ tamen plus valeat periurus dici possit, & in periurium non incurrente. Res namque, quæ pluris est, utique tanti est. Et alibi dicitur, id quod nihil est, utiq; minus est. *I. secunda ff. de eo, quod certo loco.* Eridem ibidem tenet Alberic. scilicet in dicta *I. cum furti, num. 1. qui dicit, quod ille text. loquitur de iuramento in litem, secundum ynam lecturam: secundum vero aliam de iuramento veritatis: Secundam tamen lecturam approbat, quia contra furem iuratur super vero inter esse: Nam id quod plus est, utique tanti est.* Præterea Paulus Castrensis in dicta *I. cum furti, num. 2. ff. de in litem iuran.* pariter inquit, quod si iuretur valere centum, quāquā plus valeat, illud plus exprimi non oportere, propterea dictio taxativa, tantum, non subintelligitur, & ita ibi intelligi arbitratur: quandoquidem si dicta taxativa subintelligeretur, in periurium incurreret: & inquit optime facere illud, quod habetur in *I. roga-ff. si tibi ff. si certum petat.* & Bart. in *I. si quis cum to-tum, num. 1. ff. de exceptio, rei iudic.* inquit illam legem ad hanc questionem inducit: Pero à te decem, tu vero dicas, non debeo, & iuras, cum saltēt quinque deberes: Vnde queritur, an sis periurus. Et inquit Petrus, quod esset, existimasse, per text. in dicta *I. si quis cum totum*, propterea quod id in iudicio totius appellatione, pars quoque continetur. Hac enim de te inquit Bart. tractasse in *I. prima. §. si stipulanti ff. de verborum obligationibus.* & subdit ibidem tenuisse opinionem Petri, & distinxisse, & iterum de hoc tradit Bart. in *I. cum furti, num. 3.* Dixit præterea Corneus in *I. si duo patroni. §. item Julianus. 7 ff. de iureiuran.* id quando iuratur superto, omnem tolli actionem ex facto descendenter. Item quod quando quis iurat id de facto suo, posse etiam conueniri de facto defuncti: Iudicem id tamen probationes super facto iurantis, & sic super articulo impertinenti veliam deciso, & num. 2. inquit notan-

dum esse, id iuramentum super facto praestitum effectum suum in omnibus concernentibus factum ipsum porrigerere, & inducere vel ab eo descendenteribus: & ideo cum ex facto descendat, & furti actio oriatur & furti conditio. *I. si profure ff. de conditio, furt.* & ibidem latius tradit Corn. Accedit etiam prædictis, quod idem Corn. in *I. cum qui. §. si iurauero, num. 2. ff. de iureiuran.* inquit in dubio super id toto iuratum esse, intelligendum esse. dicta *I. si duo, §. & I. duobus. §. fin. ff. de iureiuran.* Item Albericus de Rosate in *I. ait Praetor, la seconda, num. 1. ff. de iureiuran.* inquit, iureiurando standum esse, siue id super toto interpositum sit, siue super parte. Et inquit Jacob. Butrig. id ea ratione fieri existimat, quia sumus in materia fauorabili, videlicet ut lites tollantur, alioquin corrueret illa vulgatissima regula, quod idem iuris de toto quo ad totum, quod de parte quo ad partem. *I. prima ff. de euict.* & *I. si dictum. §. primo, eodem titulo.* & de hoc inquit Alberic. tradidisse in *I. que de tota ff. de rei vendicat.* & ideo Bald. in *confil. 79. num. 3. volum. 2.* inquit, quemadmodum ille qui iurat super facto, id super quo iurasse viderat. *I. duobus. §. 13 coloniz.* & *I. fin. ff. de iureiuran.* & notatur in *I. prima. §. primo. ff. quarum rerum actio non datur.* id est etiam qui factum confitetur, pariter & ius fassus videtur, seu vinculum quod illi facto cohæret, propterea quod ius ex facto oritur. *I. si ex plagiis. §. in diuo. ff. ad legem Aquiliam.* & *I. Domitus Labeo. ff. de testament.* & *responsum. C. de transactio, cum similibus.* & ideo sapientia breuissima facti mutatione, totum ius mutatur. *I. si u. ff. de excusatio, tutor.* & *I. hoc legatum,* & *I. fin. ff. de legat. tertio.* & *I. si in emptione,* & *I. cum ab eo,* & *I. qui fundum, in principio. ff. de contrahem, emption.* & ideo si constat de facto, constat etiam de obligatione, nisi contrarium probetur. Dixit etiam Franciscus Niconitus in *capitu. quoniam contra falsam, in gloss. prima, numero 143. extra de probation.* pariter inquit, id quod si iuramentum plus continet in formam iuramenti non transit, quod ad illud quod minus est, ut dixit Guiliel. de Cunio & Alberic. de Rosate & Alexand. & Ias. in *I. ait pretor, la prima, §. iurari, in principio ff. de iureiurando.* Exemplificat autem hunc in modum: mando seu concedo tibi, ut iures per caput tuum: tu vero per Deum iurasti, sed de minori summa, vel in minus: & ratio est, quia minoris qualitatem non assumit, & hoc idem firmat rufus Bart. in *authent. sacramenta puberum, colum. fin. versic. quero, virum per tale iuramentum, in fin.* & facit illud, quod voluit idemmet Bartol. in *I. Gallus. §. & quid si tantum, colum. 4. versic. præterea posito. ff. de liber.* & *posthum.* & ea, quæ traduntur in dicta *I. oratio ff. de sponsal.* & voluit etiam *gloss. quam sequuntur, in I. 2 ff. de iurisdict. om. iud.*

C A P. CCCXCIX.

A R G U M E N T U M.

Iuramentum an reddat contrarium diuiduum, ut pro parte valeat.

S V M M A R I A.

1. *Iuramentum cum sit individuum, an reddat contrarium diuiduum ad eius validitatem.*
2. *Iuramentum si apponatur super contractu, plura ca-pita*

- 1 pita continente, plura iuramenta dicuntur ita ut
absolutionem ab uno habere non sufficiat.
- 2 Iuramentum super actu indiuiduo, illum diuiduum
facit.
- 3 Iuramentum est indiuiduum.
- 4 Testis deponens falsum circa extrinseca, non redditur
in totum falsus, nisi iuret super omnibus, super quibus
fuerit interrogatus.
- 5 Testis dictum fundatur in iuramento, quod est uniu-
cum indiuiduum.
- 6 Testis dictum ob iuramentum in totum vitiatur vel
reicitur, ex quo tale iuramentum est indiuiduum.

Dicunt Doctores + iuramentum esse indiuiduum, & ideo eius vi conditionem iuratam subsistere non posse, & pro parte non subsistere, ut inquit Paris. in consilio 14. numero 15. & 16. volum. 1. licet in eo casu contrarium firmet: nam licet aliqua licentia ibidem interuenient viuo alienante, ex quo tamen aliae defecerunt, totus contractus corrumpere videtur: & id ea potissimum ratione, quod iuramentum indiuiduum sit, ut inquit Baldus in cap. 1. §. cum autem, in tit. de controvers. inuestit. & tradit Thomas Grammat. in consilio 124. num. 14. & tradit Archidiac. in cap. inter cetera 22. questione 4. & Ias. in l. scire debemus, in princip. num. 6. ff. de verbo-rum obligationibus. & Franc. Curt. in consilio 68. & Ias. in eadem l. scire debemus, colum. 5. vbi loquitur de iuramento fidelitatis, afferens illud esse indiuiduum, prout etiam dixit Socinus senior in consilio 16. num. 65. volum. 4. dum vult, ut iuramentum appositum super contractu indiuiduo, eum diuiduum redat, prout etiam post alios firmat Aluarot. in tit. si de feude fuerit controvers. in cap. omnes, colum. 2. in princip. & tradit ibidem Proposit. in secundo notab. & subdit idem Paris. num. 16. & ideo esse, quia iuramentum pro parte valere potest, pro parte autem non: & ideo inquit utile vitiari non debere, ut voluit gl. 1. in fin. quam ibi sequuntur Scribentes in c. 1. extra de iure. & sequitur etiam Ias. in l. 1. §. sed & si, col. 3. num. 5. in fin. ff. de verb. oblig. Præterea inquit, + quod si apponatur in contractu plura capita continent, plura iuramenta dicuntur: & ideo consequens etiam est, ut si ab uno absoluatur, satis non esse, ut inquit Soc. in consilio 59. nu. 10. versic. & present. vol. 3. Vbi ea praesertim locum habere in intimatione facta, de qua ibi agebatur: quæ cum tanta causa cognitione facta fuit, totque iuramentis: & ideo quod unico verbo sublata sit dicendum non videtur. Præterea idem Paris. in d. consilio 14. nu. 19. inquit quod Butri. in eo suo consilio relato à Socino in consilio 16. Anno Do- mini, col. fin. nu. 65. vol. 4. voluit, + quod si iuramentum apponatur super actu indiuiduo, eius vis est, ut licet actus super quo apponitur suapte natura valeat non possit ob indiuidutatem: attamen si iuramentum apponatur, diuiduum dici posse, ut in ea parte effec- tum sortiatur, in qua subsistere potest, & ratio est, quia continet illam clausulam, qua dicimus, quod operatur ut actus valeat omni meliori modo, quo valere potest, ut supra late diximus. & id ne vrile per inutile vitiatur: & ideo dixit Borgninus de tutor. & curator. nu. 16. quod licet omnes tutores vel curatores ad- ministrationis ratione in solidum reddere teneantur infra 30. annos, ut dixit Aret. in §. actionum, num. 37. versic. decimoquarto, Instit. de act. & tradit Boerius in

decis. 59. & Vantius in tit. de nullit. ex defectu inhabilita. numero 80. versic. præmissa. & licet beneficium diuisio- nis petere possint, si soluendo sint de admini- stratis infra pupillarem ætatem, & non ultra, ut dixit idem Boerius in d. decis. 59. & tradit etiam Hipp. Marsil. in rub. ff. de fideiuss. nu. 188. versic. Nam connexo- rum. attamen id limitatur vbiq; ipsis tutelis iu- ramentum apponitur: quandoquidem tunc bene- ficium diuisio- nis peti non potest, ut ibidem latius per- eum. Præterea hanc eandem conclusionem sequit- tur Roland. à Valle in consilio 70. n. 30. vol. 2. dum in- quir, quod si iuramentum apponitur super actu indiuiduo, eius vis esse ut licet actus suapte natura ob ipsam indiuidutatem subsistere non possit, ob illud tamen iuramentum diuidius dici possit, ut scilicet in ea parte in qua valere potest, effectum sortiatur, quia illam clausulam continet, ut actus valeat omni meliori modo quo melius valere potest, ita ut utile per inutile non vitiatur, ut inquit ibidem ipse Roland. nu. 29. vult ob id tolli illam regulam, quod iurame- tum secundum naturam actus, super quo apponitur, restringatur. Et Catellia. Cotta in suis memo- rialibus, in verbo, iuramentum, pariter inquit + iu- ramentum esse quid indiuiduum. Vnde est ut testis in uno periutus, in aliis nihil probet, ut dixit Bal. in l. fin. in 4. opposit. col. 5. C. de edito diui Adriani tollen. id quod communiter tenetur, ut inquit Alex. in consilio 133. Viso processu causa, col. 5. versic. & tamen est probatum, vol. 1. & in consilio 27. in causa & lite, col. 2. versic. alia ra- tione, vol. 2. & in consilio 44. viso & discussu, col. 3. in fin. & seqq. in eod. vol. & latius in consilio seq. col. 2. versic. modos dictum. & rursus idem Alex. & Ias. post alios, in l. pen. in ultimiis verbis. C. de transact. cum iis, quos retulit Cotta in verbo, testis fides. & reassumpsit etiam Decius, & ibidem inquit esse communem opinionem in consilio 105. col. 3. & penult. post Alexan. in consilio 134. col. pen. vol. 2. & Bal. in d. l. pen. in fin. & cum eo transit Lanfran. in cap. quoniam contra falsam, col. 27. versic. item quaro, nunquid si aliqua, extra de probat.

Hæc tamen conclusio in aliquibus casibus limi- tatur. Et primum, nisi talis testis ad concordiam reducatur: nam tunc probat, ut subtiliter inquit A- ret. in consilio 13. col. 6. circa fin.

Secundo limitat Alex. in consilio 88. Quoniam omne, col. 4. in fin. & seq. vol. 7. vbi inquit communiter con- cludi testem + falsum deponentem circa extrinse- ca, prorsus & in totum falsum non reddi, ut ibidem latius ipse prosequitur. id tamen intelligendum est, ni- si super omnibus iurauerit, de quibus esset inter- rogatus, ut dixit Bald. in rub. de controvers. inuestit. col. 2. Aret. in consilio 71. diligenter, col. 2. & Felin. in c. frater- nitatu, col. vlt. extra de heret. Ampliantur autem, ut procedant etiam in quocunq; dicto iurato, ut dixit Alex. in consilio 114. in causa & lite, col. 2. versic. Quarta ratio, vol. 4. & Decius in consilio 83. viso processu, col. pen. versic. septimo. Redeundo modo ad ipsum iuriurandum, quod scilicet sit vnicum & indiuiduum, tradit etiam Bald. in consilio 96. nu. 3. vol. 1. & inquit + dictum 6 testis iuramento firmati, quod est vnicum & indi- uiduum, ut dixit etiam Oldra. & ideo non potest pro parte approbari, p parte vero reprobari, arg. tex. in l. in causa. ff. de proc. & c. si ad scripturas. ii. dist. & tradit Bar. in l. Aurelius. §. idem quafit. ff. de lib. legat. Idē quoq; voluit Ceph. in consilio 10. n. 28. vol. 1. qui pariter dixit, iu- ramentum esse indiuiduum, ut dixit etiam Alex. in l. cui iurisdict. nu. 3. & Hippol. Marsil. in consilio 31. nu. 36. vol. 1.

vol. 1. vbi cum de teste loqueretur, inquit dictum suum † in totum virtutem ac reiici ob ipsum testis iuramentum, quod est indivisibile: & ideo totum dictum annullatur, & ita inquit voluisse Bart. Bald. & Saly. in l. si ex falsis. C. de transact. & iterum Bald. in l. certi condic. §. quoniam, col. penult. ff. si cert. petat. & rursus Bald. in cap. 1. col. 2. extra de const. & rursus Bald. in cap. cum adeo, col. 1. extra de rescript. & Abb. in cap. 3. in fin. extra de fide instrum. & Cardin. in clem. 1. in fin. de testib. & glos. in cap. si ad scripturas, 11. distinc. & Bald. in l. fin. in 4. contrario. C. de editio diuis. Adria. tollen. & in l. 2. C. de fidei commiss. libert. & Bald. & Ang. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. vbi Imola in col. fin. & rursus Bald. in l. si veteris, circa finem, C. de fide instrum. & hanc conclusionem inquit firmare etiam ceteros Doct. quamplures diuersis in locis, quos retulit Marsil. in sua repetit. l. fin. C. de probat.

C A P. CCCC.

Argumentum constat ex Summario.

S U M M A R I V M.

1 Iuramentum ad informationem Iudicis non requiriatur.

Iuramentum † in informatione Iudicis causa facta non requiri dubium non est, vt inquit Marc. Anton. Blanc. in l. si. ff. de quest. & est gl. ordin. quæ alibi non reperitur, in cap. 1. §. si duo, in verbo, testamentum, tit. de pace iuramen firmar. & ideo dicunt etiam testes non iuratos sufficere ad iudicis informationem.

C A P. CCCC I.

Argumentum constat ex Summario.

1 Monasterium ingrediens, tali ingressu alter homo efficitur: attamen illud efficere tenetur, quod antea exequi debebat.

O Mittendum etiam non est illud, quod dixit Francisc. Niconitius in cap. quoniam contra falsam, in versic. notat Abbas quinto loco, num. 107. & 108. 1 extra de probat. dum inquit, † quod licet ingrediens monasterium, ex tali ingressu alter homo efficiatur, cum mundo mori dicatur, cap. placuit, 16. quest. 1. & l. Deo nobis. C. de episcop. & cleric. prout etiam notat Ioan. And. in cap. sicut, il secundo, in 2. notab. extra de homicid. & Rota in decis. 483. collatio facta in me, sub tit. de proband. in notis. & Ioan. And. in reg. is. qui tacet. col. fin. in medio, in mercurialibus, & Ioan. And. in regulaz. non praefat, colum. penult. circa medium, versic. præterea, in eodem tit. & Bart. in l. patre furioso, in fine. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuri. & tradit Bart. in authent. excipitur, in versic. querit glos. C. de bonis quæ liber. & Socin. in consil. 17. supradicta causa, col. fin. in fin. volum. 1. & Socin. in consil. 92. circa primum, volum. 1. & Lapus in allegat. 100. in questione proposita, colum. penult. in medio, in tit. de const. & Ias. in authent. ingressi, post princip. C. de sacrosanct. eccles. & iterum Ias. in l. Gallus. §. & quid sit tantum, colum. 3. num. 15. ff. de liber. & posthum. attamen quin exequi debeat id, quod antea debebat, non liberatur, si id iureiurando pro-

miserit, vt voluit gloss. in cap. præterea, si distinctio. & sequitur Ioan. Andr. in cap. cum stat per eum, colum. 2. in fine, versic. tertio in mercurialibus. & rursus Ias. in l. stipulatio. §. habet autem, in ultimis verbis. ff. de operis noui nunciat. & Speculat. in tit. de arbitr. & arbitrat. §. sequitur de quibusdam, colum. 11. versic. sed pone quod, unus, & iterum Speculat. in tit. de statu monach. §. primo, colum. 6. circa medium, versic. vigesimo septimo. & Albericus de Rosate in l. si quis adulterium. §. si quis adulteram, num. 2. ff. ad legem Iuliam, de adult. & stupro. inquit colligi argumentum ex eodem textu, quod si quispiam iuret ingredi ordinem Prædicatorum, & ingressus sit, si egrediatur, non intelligatur liber à vinculo iuramenti.

C A P. CCCC II.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum an extendatur ad positiones impertinentes.

S U M M A R I A.

- 1 Iuramentum præstitum non censetur super positionibus impertinentibus, & admissibilibus.
- 2 Iuramentum in contractibus appositum, censetur etiam si scriptum non appareat.
- 3 Iurasse si quis in actis reperiatur, solemnitates omnes præcessisse videntur.

D Ixit etiam Petrus de Benintendis in decisione Rotæ Bononiensis 32. num. 17. † iuramentum præstitum non censeri super positionibus impertinentibus, & non admissibilibus, cum ad ea non referatur, vt voluit Bald. in l. penult. in fin. C. de transactio. & Ias. in l. si duo. §. si Julianus, colum. 3. ff. de iureiurando. & Nicol. Anton. Grau. in adnotat. ad proxim Octau. Vestr. lib. 5. cap. 3. num. 26. & Bertran. in consil. 266. num. 4. volum. 3. inquit, quod cum communiter & in omnibus contractibus iuramentum interuenire & apponi consueuerit ipsorum contrahentium & se obligantium, saltem quando de illis sit instrumentum, † illud censetur interuenire, etiam quod scriptum non appareat, vt voluit Ias. in l. vt liberis, colum. 3. & sequen. C. de collat. & in l. certi condic. §. si nummos, colum. 3. & multis sequen. ff. si certum petat. & Felin. in cap. ex literis, colum. 7. versic. septima & ultima declaratio, & c. extra de fide instrumen. Præterea quo ad hoc animaduertendum est illud, quod dixit Curtius iunior in l. prima, num. quarto. ff. de iureiurando. dum inquit, † quod si repetiatur in actis, aliquem iurasse, presumuntur solemnitates omnes præcessisse, vt dixit: Alexand. & recentiores in l. nam & postea. §. iureiurando. ff. de iureiuran. & an id sit verum, videatis supra, vbi diximus, de solemnitatibus, & de hoc tradit Tiraquellus de præscription. fol. quadragesimo octavo.

C A P. CCCC III.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum an sit in specie alliegandum vbi petitur licentia.

S Y M M A R I A.

- 1 Prælatus si iuret non alienare sine licentia Papæ, an sufficiat si petatur licentia à Papa non facta mentione precedentia iuramenti.
- 2 Episcopus si iuret non alienare sine licentia Archiepiscopi, tunc necesse est ut si petatur licentiam à Papa, faciat mentionem iuramenti præstiti Archiepiscopo.
- 3 Prælatus, qui iurauit non alienare rem Ecclesiæ an posse rem Ecclesiæ modicæ estimationis & redditus consanguineo alienare qui multo maiores redditus Ecclesiæ dare vult.
- 4 Iuramentum non extenditur ad casum permisum.

Quæsiuit etiam Imola in cap. vt super, extra de rebus eccles. non alien. & in cap. fin. extra de eccles. adi-
fic. num. ii. † An in eo casu, in quo prælatus iurauit non alienare sine licentia Papæ, satis sit si petatur licentia Papæ nulla iuramenti prædicti facta mentione, & Butrius in dicto cap. vt super, inquit sufficere per illum tex. in 2. part. vi dicere videtur ibidem Ioan. Andri. nam iuramentum illam habet conditionem, nisi licentia petatur: & ideo si licentia in conti-
nenti petatur, cessat iuramentum, † & ideo iuramenti mentionem facere opus non est: At secus si iuret Episcopus sine licentia Archiepiscopi non alienare, propterea quod in eo casu si petatur li-
centia à Papa, nulla iuramenti facta mentione iam præstiti iuramenti Archiepiscopo, talis impetra-
tio subreptitia est, & ex consequenti non subsisti-
t, & ideo alienans periurus efficitur. At secus,
vbi peteret licetiam ab ipso Archiepiscopo, quandoquidem tunc iuramenti mentionem facere ne-
cessit non est, prout dicit in simili, si iuret non alienare sine licentia Papæ. Videtur tamen licentiam necessariam non esse, cum intelligatur cum illa conditione, nisi licentia petatur, & in eo casu ea pe-
titia statim evanescat. Quarit præterea ibidem
3 num. 12. si Prælatus iuret non alienare † rem Ec-
clesiæ, an possit rem Ecclesiæ modicæ estimatio-
nis, modicive redditus consanguineo suo alienare,
si multo maiores redditus Ecclesiæ dare velit, &
deinde post Federic. de Senis utique posse conclu-
dit. Ratio autem est, † quia huiusmodi iuramen-
tum ad casum permisum extendi non videtur, &
præsertim in his minimis, per ea quæ habentur in c.
terrulas, de quo in glossa fin. in dicto cap. vt super. & ha-
betur in dicto cap. fin. extra de eccles. adiican. & si dica-
tur consanguineo alienari non posse, per ea quæ
habentur in cap. hoc ius, 10. quest. 2. verisic quibuscumque. & in authent. quibuscumque. C. de sacro sanct. eccles. Respondeatur primum illud, procedere quando œconomio alienatur, & eius affinibus. Subdit tam-
en hanc solutionem tutam non esse, ex quo eadē ratio in prælato militare videtur, vel eius co-
gnatis. Vel secundo loco respondeatur, ideo de œ-
conomio loqui, quia œconomus ille est, cui res Ec-
clesiastica gubernanda committitur. cap. quidam in
quibusdam, & cap. volumus, 69. distinct. & l. omnes. C.
de episcop. & cleric. & notatur in cap. Imperatores, extra
de iuramento calumnia, & ob id forte Bart. non fa-
cit differentiam inter œconomum & prælatum,
& inquit in dicta authent. quibuscumque. C. de sacro
sanct. eccles. Prælatum alicui ex cognatis concede-
re non posse in perpetuum, licet ad tempus
possit, vt inquit Decius in dicta l. fin.
colum. sexta.

C A P. CCCCIV.

A R G U M E N T V M.

Iuramentum de non succedendo
an valeat sine consensu eius de cuius
hæreditate agirur.

S Y M M A R I A.

- 1 Pactum quo alicuius hæreditati renunciatur, non subsistit, etiam quod accedit ei iuramentum.
- 2 Text. in cap. quamvis pactum, de pact. in 6. declaratur.
- 3 Princeps iuramento alienans res principatus iuramento non ligatur.
- 4 Iuramentum super futura successione, vel super pa-
cto appossum, quando actum non confirmet.
- 5 Pactum & conuentio valent super hæreditate mor-
tui.
- 6 Pupillari substitutioni cum iuramento renunciari potest.
- 7 Donatio causa mortis omnium bonorum presentium
& futurorum, an subsistat.
- 8 Donatio omnium bonorum, non comprehendit fu-
tura.

O Mittendum etiam non est, quatenus inquit Guido Papæ in consil. 162. num. 1. † Pactum & quo hæreditati alicuius renunciatur, non subsiste-
re, etiam si ius iurandum accedit, & ex consequen-
ti pactum de non succedendo alicui, nisi ille de cu-
iis bonis agitur consentiat, vt est tex. in cap. quamvis:
ibi, patr. de pact. lib. 6: prout voluit etiam Fulgosius
in l. pactum. C. de collatio. dum inquit pactum de non
succedendo, iure iurando confirmari, vbiunque
sit ei, de cuius successione agitur: secus vero si fias
alteri sine illius consensu, de cuius successione agi-
tur, & hac de re inquit Fulgosium alias consuluisse
in quadam facti quæstione. Mouetur autem
Fulgosius ex infra scriptis, & in primis ea ratione,
quia pacto priuatorum ius publicum non tollitur,
l. fin. ff. de suis & legit. hered. Secundo etiam moue-
tur ex † eo, quod text. in cap. quamvis pactum, de pact. 2
lib. 6. loquitur in eo casu, in quo pactum ei factum
sit de cuius successione agitur, ac etiam quando
ius est corrigens: Nam tunc ad alium casum ne
extendi, nec trahi debet, vt notatur in auth. quas a-
etiones. C. de sacro sanct. eccles. & in l. si vero. S. de viro. ff.
solute matrimonio. Præterea tertio loco mouetur,
quia pactum factum cum alio, periculorum eu-
entum continet. Habet namque tacitam affirmati-
vam succedendi, & ideo non valet sine consensu
illi, de cuius bonis agitur. l. fin. C. de pact. & ideo
iuramentum nihil operatur. Præterea hanc con-
clusionem, vt text. in d. cap. quamvis, tantummodo
locum habeat vbiunque pactum sit, cum de hæ-
reditate alicuius agitur, non autem de hæreditate
absentis, prout inquit firmare Pet. de Ancharen. &
quos refert Imola, & firmat etiam Dominic. a san-
cto Geminiano in dicto c. quamvis, col. penult. & idem
quoque dixit Imola in l. qui superflicit. ff. de acquiren. ha-
redit. in illa quæstione. An pactum filia filii suis noceat.
& idem tenet Bald. in cap. cum contingat, extra de iure-
iuran. & facit illud, quod notat idem Baldus in l. si-
bi decem millia. §. pignore. ff. de pact. Vnde Angelus
Perusinus in l. si quis pro eo, numero 6. ff. de fidei usor.
inquit.

3 inquit, doct̄ finam, de qua ibi, ut scilicet † Princeps iuramento alienans res ipsius principatus, tali iuramento non ligetur, prout etiam nec Ecclesiae 4 prælatus, prout supra diximus apparere: † quare iuramentum super futura successione vel pacto, quod liberam testandi auferat factionem, matrimonii libertatem, vel aliquid turpe continent iurantem ad ipsam obseruantiam non ligare, propter quod etiam ipso iuramento peccatur, cum omnes prædictæ conuentiones bonis moribus contradicant, & ideo eius obseruantia absque salutis periculo esse non potest. Verum Bald. in cap. cum contingat, n. 25. extra de iure iurant. inquit, iuramentum de non succedendo seu renunciatio cum iuramento valere de iure canonico ob id, quod inducat votum captandæ mortis, & præfettiū si aliquo promisso fiat vel recepto, vtputa dote, & ratio est, quia sit cum iusta causa, vt habetur in d. cap. quamvis, de pact. lib. 6. de iure autem ciuili huiusmodi iuramentum non valet, propterea quod efficit ut pater filium ut filium non tractet, sed ut eum prætereat. l. quidam cum filium. ff. de verborum obligat. Quod sane cuiusque conscientiam remordere videtur, ac etiam naturalem æquitatem & erga liberos iure naturæ necessariam charitatem. l. Paulo Callimach. §. ff. de legat. 3. & l. ratio. ff. de bon. damnat. exemplum autem ponit de filia in necessitate existente renunciante: quandoquidem pater eam necare dicitur. l. necare. ff. de liber. agnoscen. & ideo inquit casum dari posse, in quo de iure canonico renunciatio non subsistat: & ideo dixit Iacob. de Arena in l. libertus, in fin. de oper. libert. quod licet filius partem suam habuerit, si tamen eam amiserit, alendus est, & id eo inter pactum affirmatiuum & negatiuum, maximam esse differentiam, ut notat Batt. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationib. & id super hæreditate viuentis: at super hæreditate mortui, & si adhuc delata non sit, † pactum & conuentio valent, nec non & diuisio. l. 1. C. de pact. & l. cum Archimedoram. C. vi in poss. legat. & l. pactum inter. ff. de pact. & ideo inquit Bald. ibidem, ex prædictis apparere quid iuris de pupillari substitutione viuo pupillo. Videtur namque pupillari substitutioni renunciari posse † cum iuramento, cum sit pactum de non succedendo: quod tamen falsum esse arbitratur, propterea quod pactum de successione non deferenda, vel minuenda eo viuente, de cuius hæreditate agitur, non subsistit, nisi ipse consentiat: At pupillus consentire non potest, merito iuramentum non tenet: quod sane testatoris libertatem infringit, vt habetur in dicta l. fin. C. de pact. Itidem eo in loco, num. 27. iterum quæsivit, † si fortasse quispiam mortis sive causa donet omnia bona sua mobilia vel immobilia, præsentia & futura, & iurauerit non reuocare talem donationem, antea contractus teneat, & inquit non tenere ob id, quod inducat votum captandæ mortis, & etiam vieta hominis insidias tendit: & ideo eadem ratio est, prout de testamentis dicitur. Prædictis tamen non obstantibus, contrarium tenet quia quando in donatione causa mortis ponitur pactum irreuocabilitatis, disceditur à donatione inter viuos. l. rbi ita. ff. de donatio. caus. mort. sed donatio bonorum omnium, dummodo sit insinuata, nullo modo prospicit, vt notatur in dicta l. fin. si tamen † futurum bonorum mentio non fiat, futura bona non

includuntur. l. fin. C. quæs pignor. obliga. poss. prout dicitur de confiscatione generali, ut est species in l. sitibi mandauero. §. si is, cuius bona. ff. manda. Dicuntur autem futura, quorum dies nondum cessit, ut notatur in l. non ad ea. ff. de condit. demonstrat. et si Doct. de hoc articulo dubitare videantur. Attrauen, quia generalitas bonorum prolata in contractu, non includit & alienum, quod ipse non debet, nec sibi debetur. l. mulier bona. ff. de iure dotum. adhuc ergo remanet nomen hæredi, & sic factum testamenti non impeditur, ex quo quis succedere potest, licet hæreditas sit damnosa. Itidem plerunque expedit habere nudum nomen hæredi absque villa re hæreditaria. l. iusfirandum. §. si liberi. ff. de oper. liber. & l. pro hæredi. §. si sepulchri. ff. de acquirienda hæreditate. & l. quia perinde ff. ad Trebellianum. & l. quia liberis. §. fin. ff. de vulgar. & pupillar. & l. coheredi, in fin. eodem titulo & in cap. i. colum. 10. in titu. an agnat. vel filius.

C A P. CCCCV.

A R G V M E N T U M.

Iuramentum Clerici debet fieri cum licentia sui Superioris.

S Y M M A R I A.

- 1 Laicus iurare potest sine licentia sui iudicis, Clericus autem nequaquam.
- 2 Clericus coram Indice seculari litigare non potest, nisi iure.
- 3 Clericus non potest ab alio Episcopo ordinem recipere.
- 4 Clericus non potest ab alio, quam à suo Episcopo iudicium animæ petere.
- 5 Episcopus clericos alterius iurisdictionis iudicare non debet.

A Bbas in capitulo, significasti, num. 5. extra de fors competen. inquit, † laicum sine licentia sui Iudicis, iurare non posse, clericum vero posse, cap. primo, extra de iuramen. calum, † caram vero alio Iudice litigare non posse, nisi ei iusfirandum præstet; secunda autem ratio est, † quia ab alio Episcopo ordinem recipere non potest, ergo pariter idem de iudicio dicendum est, cum quid plus esse intellegatur, cap. nullus primas. 9. quæstione 2. Item tertia ratio est, quia non potest ab alio, quam à suo Prælato, † petere iudicium animæ, quod est occultum. 4 Ergo multo magis, nec manifestum, cap. placuit, extra de pœnit. distinct. 6. Præterea inconveniens est, vt unus Episcopus clericos alterius † iurisdictionis iudicet, quod sane esse non debet. 9. quæst. 2. per totum. & sic omnes de uno Episcopatu alium Episcopum sibi in Iudicem eligere poslunt: & id eo concludit Clericum inferioris gradus siue maioris, sine sui Superioris licentia iurisdictionem alterius prorogare non posse, quod procedit etiam in exemplis. Nam Papa est eis diccesanus, vt notatur in cap. authoritate, de priuileg. lib. 6. & cap. nulla. 93. distinct.

C A P. CCCCVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I Annulato contractu, an annuletur etiam iuramentum.

I Tem procedendo ad vteriora dicendum videatur, † vt annulato contractu, annuletur etiam iuramentum, vt notat Bald. in l. prima, colum. tercia, C. de inoffic. donatio. vbi vult, vt annulato contractu annuletur etiam iuramentum tanquam accessorium ad contractum, vt expresse declarat Alexand. in consil. 137. num. 9. versic. nec obstat predictis, volum. 6. & in consil. 38. col. antepenult. versic. modo non obstat predictis, volum. 3. & Hippolyt. Marsil. in rub. de fidei usor. colum. 12. versic. non obstat ratio allegata. Contrarium autem in iuramento inquit tenere Bald. in l. 1. colum. 4. versic. quero, virum iuramentum. C. de inoffic. donat. Item quod iuramentum non annuletur, licet utile vitetur, voluit Neuizau. in consil. 22. num. 45. vbi inquit speciale esse contra predicta, quod ex quo iuramentum non se extendat ultra principalem conventionem, in qua interponitur. l. conuenire. ff. de pact. dotal. & clement. 1. in fin. de præbent. & cap. accessorium, de reg. iur. in 6. vnde cessante conventione, iuramentum quoque cessare debet. l. iuris gentium. §. & generaliter ff. de pact. & l. non dubium. C. de legib. quandoquidem illa tacita conditio, quæ inest conventioni, & promissione, inest etiam iuramento. l. fin. ff. qui satisfare cogant. & l. qua sub conditione. §. quoties, in 2. responso. ff. de condit. institut. & ideo subdit ibidem, num. 45. esse speciale in iuramento, vt virtato principalis, iuramentum non annuletur, & specialitatem fauore animæ inductam esse, & ad evitandum peccatum, prout inquit de de hoc esse text. in cap. cum contingat, extra de iure iurant. Præterea Hippol. Marsil. in consil. 125. num. 34. inquit ultra prædicta in propriis terminis iuramenti, quod vbi contractus est nullus & inualidus, & sic quando corruerit, corruiere etiam iuramentum, quod in eo apponitur, vt dixit Roman. in consil. 293. presupposito, &c. id quod expresse probatur in l. non dubium. C. de legib. & voluit Socin. in consil. 40. ex actis, col. 5. volum. 5. & facit etiam illud, quod dixit Roman. in consil. 330. circa primum, colum. 5. dum inquit accessorium sequi naturam principalis, etiam quod accessorium suo principali valde dignius sit, vt est text. in l. si non sint. §. perueniamus. ff. de auro & arg. l. per quem Bart. in l. 1. ff. de pecul. legato, reprobat glo. ibi contrarium tenentem, & inquit de hoc latius dixisse in eadem rub. de fidei usor. quest. 50. & de hoc, quando scilicet annulato principali, annuletur accessorium, videatis Antonium Gabriel. in loco supra relato, in reg. quando annulato principali annuletur accessorium, & ideo subdit Marsil. in d. consil. 125. num. 35. non referre, quod iuramentum conualidet contractum inualidum, vt supra diximus, periura deducta: quia illud procedere potest, quando contractus qui iuramento confirmatur, in totum & penitus nullus non est, sed ob aliquem defectum tantum: & ideo secus esse si contractus prorsus sit nullus. Nam tunc iuramentum in eo appossum, eum non confirmat, vt inquit Franc. in cap. quamvis, de pact lib. 6. comprobatur dictum ipsius Hippoliti gloss. sing. in authent. si qua mulier, in princip. ad Velleian. quæ vult iuramentum ipso iure nullum non confirmare, & de ea gloss. meminit Roman. in l. 1. versic. & adde duas notabiles causulas. ff. de

rsuca. id quod firmare etiam Angel. in consil. 160. pro decisione quesitorum, col. 2. & ad hoc faciunt ea, qua iterum voluit Roman. in consil. duodecimo, viso facto, col. 2. & ea que dicit Ang. in consil. centesimo septuagesimo octavo vijis actis predictis, duo examinanda sunt, &c. in fin. & illam gloss. in dicta authen. si qua mulier, refert Castren. in consil. 219. in causa, que vertitur. & ad hoc facit optimo gloss. notabilis in l. emptione. C. plus valere, quod agitur. dum inquit contractum simulatum, qui est nullus, iuramento non conualidari, & eam gloss. dixit ordinariam Roman. in d. consil. 293. presupposito, &c. quam etiam ad hoc allegat Socin. in consil. 65. circa primam, col. antepenult. vol. 1. & Cardin. in cap. ad nostram, in 2. quest. extra de emptio & vendit. & Cepol. in tract. simulatio. col. 26. & dixit Marsil. in cap. at si clericis, nu. 69. extra de iudic. & pro ea facit l. non dubium. C. de legib. & faciunt euia ea, quæ iterum dixit Rom. in consil. 517. in casu, col. penult. dum inquit iuramentum non conualidare contractum infantis, vel furiosi ob id, quod ex seipsis nulla sit.

C A P. CCCCVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I Iuramentum, non comprehendit lesionem enormissimam, nec confirmat.

I Vrans † non contrauenire ratione alicuius lassionis seu damni, non intelligitur de enormissima lassione, cum dolo & quiparetur etiam vero, & ex proposito. l. si quis eum aliter. & ibi Alexander & recentiores ff. de verborum obligat. & tradunt reperentes Perusini in authent. sacramenta puberum, & tradit Berou in capitulo primo, numero quadragesimo quinto, & quadragesimosexto, extra de constitut. & inquit pro hac opinione sæpe consuluisse.

C A P. CCCCVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I Iuramentum in compromiso appositum intelligitur se laudum fuerit aequum.

S Ciendum etiam est, Augustinum Beroum in cap. 1. num. 183. extra de iudic. dixisse Imol. in cap. pertuas, extra de arbitris, voluisse † iuramentum in compromiso appositum, vbiunque laudum sit aequum, intelligendum esse, vt dixit Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum ff. pro socio.

C A P. CCCCIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

I Appellari potest à iuramento de parendo iuri.

D Ixit etiam Abbas in cap. prout, num. 11. extra de dolo & contumacia, † à iuramento de patendo iuri eo non obstante appellari, argumento l. fin. ff. qui satisfare cogantur, dum ibi dicitur, eum qui iuravit stare iuri, in periurium non incidere, si legitima de causa desistit: iusta autem causa, si gravetur, esse intelligitur, & ideo subdit aliquando quempiam

De Executionibus, Tractatus. §. 9. 103

quempiam iurare parere iuri, ut ibi, aliquando parere mandatis Ecclesiæ, ut habetur in cap. ad hoc, il primo, extra de appellat. & cap. ex tenore, extra de sentent. excommunic. & cap. venerabili, eodem tit. & in his omnibus casibus, si grauatur in mandato, vel alio modo, semper rite appellare posse, iuramento non obstante, propterea quod iuramentum ita generaliter praesit in ad illicita non extenditur, ut ibi habetur, & in cap. ad hoc, & cap. sequen. extra de appellat. & notatur in d. cap. ex tenore. & subdit eadem quoque ratione dicendum esse iusta causa superueniente iudicem etiam recusare posse, licet iurauebit coram eo respondere, cap. insinuante, extra de offic. delegati, & in preallegatis iuribus. Secus vero si causa prius orta sit, ex quo semel consensit, argumento d. cap. insinuante, & cap. inter monasterium, extra de re iud. nisi tunc fuisset occulta, ut est argumentum in cap. nulli, de elect. lib. 6. & est notabilis gloss. in cap. exceptio. 1. quest. 6. & tradit Bart. in l. si societatem. §. 1. num. 31. ff. pro socio. Dixit tamen Ioannes Maria. Ri-

minald. in consil. 69. num. 7. & 8. vol. 1. Imola in cap. per tuas, extra de arbitri. voluisse, ut ille qui laudo stare iurauerit, intelligatur stare laudo, vel soluere penam, id quod refert & sequitur Abbas in cap. ex parte, vbi est bonus text. extra de clericis non residen. & iterum Abbas in cap. 1. extra de iudic.

C A P. CCCCX.

Argumentum est in Summario,

S U M M A R I V M.

1. Pactum vel iuramentum praesitum in actu receptionis beneficij, si comprehendat debitum de iure communi, vel secundum naturam rei, simoniam inducit.

D E supradicta thesi videre licet Imolam in cap. ex parte tua, num. 1. extra de clericis non residen. Ad quem me remitto.

Lauds Deo omnipotenti.

F I N I S.

Q Q q 3 Index

